

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Liber trigesimus sextus Platonis epistolarum duodecim

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

LIBER TRIGESIMVS
SEXTVS PLATONIS
EPISTOLARVM
DVODECIM.

DIO DIONYSIO BENE AGERE.
EPISTOLA I.



Ego dum apud nos diurna opera ita imperium vestrum administra rem, ut ceteris utilitate uestras captantibus fidei dignitate prestare, graues calūnias sustinui. Noui. n. quod me vobis ad stipulāte crudele nihil omnino factū videbitur. Oēs aut qui eadem in gubernatione versati sunt, testes mihi esse possunt. Quorum ego permultos summo conatu à damnis nō mediocribus liberaui. Imperio quinetiā apud nos fugens, ciuitatem vestram sapiens custodiu. Tandem vero ignominiosus à vobis expulsus sum, quā vilissimum aliquem expelli cōueniat, inssus à vobis abire, qui tam diurnam operā vestris sum comodis imperitus. Igitur posthac modo quodam inhumaniori mihi ipsi consulā. Tu aut talis tyrannus gubernabis solus. Pecuniam vero illam egregiā abs te in uaticum missam. Per Bacchium hunc vnā cum his literis ad te remitto. Neq. enim ad uaticū sufficit: neq. ad ceterā uitam satis est utilis: tibiq. danti dedecus allaturā maximā, & mihi non multo minus accipienti. Itaq. illā accipere nolui. Tua vero nihil interest, & dare & accipere tantundem: sed illa recepta tuorū quemuis alterū honorabis, quemadmodū me honorasti. Ego. n. abs te satis iā sum honoratus. Et mihi opportune nunc Euripidis illud venit in mentem: te rebus quandoq. postcētibz talem tibi virum assistere optaturū. Meminisse autem te volo, & alios tragicos plurimos, cū tyrannū aliquem pereuntem inducunt, hmōi illi voces attribuerē. Heu miser, pereō nullis fultus amicis. Auri vero defectu pereuntem aliquem nullus adhuc retulit poetarū. Illud quoq. poeticum, mentē habentibus valde probatur, Non auri fulgor in misera, mortaliū vita rarissimi, nō adamas, non argētea mensa qua apud hōes habetur in pretio, ita oculis corruscāt, neq. lati fundi, aut pinguis culta tantū valent ad vitā, quantū mens bonorum virorū inter se consentium. Vale, atque considera tantū erga nos erratū, quo erga ceteros rectius te geras.

PLATO DIONYSIO BENE AGERE.
EPISTOLA II.

AVDIUI ex Archedemo te censere non solum me, sed familiares etiam meos prater unicū Dionem nihil mali aduersus te loqui, debere vel agere. Hoc aut quod de Dione excipis, ostendit me in familiares meos imperiū non habere. Si. n. haberem cū in alios, tū in Dionem ac te imperiū, tam nobis quā ceteris Graecis bona, ut arbitror, plurima prouenirent. Nunc aut hoc duntaxat magnus sum, quod me ipsum p̄sto rōni mea obedentē. Quae ideo dico, quia nihil sinceri Cratistolus et Polyxenus ad te detulerūt. Quorū alterum dicere seruit, audisse Olympijs multos eorū qui mecum erant obrectātes tibi. Forsitā acutius quā ego, ille audit. Ego. n. t̄

le nihil audiui. Videtur aut mihi posthac quoties huiusce modi aliquid ad re defertur, te ita facere oportere, ut scribas ad me, & rē ipsam perquiras. Ego. n. Verum fateri nec formidabo, nec erubescam. Mihi aut et tibi ita se res inuicē habet. Neq. nos alicui, ut ita dicā, Gracorū incogniti simus, neq. familiaritate nostrā huius seculi hōes cōticescunt, certum quoq. illud habeto, neq. posteros tacituros. Tales sunt qui eā exceperunt, utpote neq. parua, neq. obscurā. Quorsum hac? Statim aperiā, altius rem aliquāto exorsus. Natura quidē lege sapientia potētiāq. excellēs in idem tendūt. Semperq. ista duo se inuicē affectant, persequūtur, congregiūtur. Deinde et istis hōes admodū delectātur, quoties siue in carminibus poetarū, siue priuatis colloquijs hmōi quadam referūt, aut audiunt: ceu cū de Hierone et Pausania Lacedaemonio loquūtur hōes, gaudēt Simonidis familiaritate qua cū illis fuit, commemorare: & qua ad eos dixit, fecitq. referre. Similiter Peridruū Corinthium, et Thaletē Milesiū vnā celebrare consueuerūt, Periclem et Anaxagorā, Cræsum atq. Solonē, ut sapientes, et Cyrū, ut potentem. Atqui hac imitati poetae Creontē et Tiresiā simul inducunt: Polydumq. & Minoa, Agamemnonē et Nestorē, Vlyssē et Palamedē, atq. ut mihi videtur, eadem rōne prisca hōes Ioui Prometheum cōiunxerunt. Horū vero alios consentientes, alios dissentientes inducūt, alios aut quandoq. cocordes, quādoq. vero discordes. Eorumq. tā dissensiones quā cōsensiones canūt. Cūta vero hac ideo dixi, ut illud ostendere, quod etiā cū mortui fuerimus, de nobis hōes non silebunt. Quocirca nō est negligendū à nobis, sed cura habenda tēporis subsequentis. Fit. n. natura quadā, ut ignauissimi hōes nihil curēt qua sit de ipsis futura opinio: probatissimi aut viri cuncta faciāt quo in futuris seculis bene inter hōes audiant. Quā ego coniecturā facio, esse aliquem sensum ijs qui mortui sunt, rerum nostrarū. Quoniā optimi animi sic fortē diuināt, deterrimi aut nequaquā. Validiora vero sunt diuinorū uirorum p̄sagia, q̄ aliorū. Puto aut si liceret superiorib. illis defunctis, de quibus loquor, suā consuetudinē emendare, plurimā operā adhibituros, ut meliores de se quā nūc opiniones circūferēt. Hoc nobis quidem et nunc fauēte deo, facere licet, et si quid in superiori familiaritate nostra est peccatū, tā factis q̄ dictis emē dare illud atq. corrigere, ut uera optima p̄sertim quantū ad philosophiam attinet, de nobis super sit opinio, ac fama nostrarū rerū, si quidem bona est, melior, sin mala bona efficiatur. Atqui nos ista curantes, nihil magis piū agere possemus et negligētes, nihil eque impiū et prophanū. Quēadmodum aut et hoc fieri cōueniat, ac iuste fieri possit, ego iam dicā. Quando in Siciliam veni, fama erat me permultū inter eos qui tūc philosophabātur, excellere. Cupiebā et cū Syracusas venissem, opinionis illius testē habere, ut et apud multitudinē in honore mihi philosophia esset. Verū nō satis prospere mihi res illa successit. Causam vero huius nō illā fuisse dico, quā pleriq. existimaret, sed illā fuisse cām assero, q̄ tu nō satis mihi credere visus es, sed me quodāmodo dimittere uelle, alios uero uocare, & quid mihi esset negotij iquirere, diffidēs s. ut mihi uidebatur. Et qui de ijs loquebātur permulti erāt, affirmātes q̄ me quidē cōtēneres, atq. ad alia at̄m i tēdises. Hac igitur tūc fama i crebuit. Quid at post hac fieri oporteat, iā audi ut ad illud quod interrogasti, respondeā, quo pacto nos in-

nice genere debeamus. Si tu quidem omnino philosophiam spernis, Valere sinamus. Sin autem vel ab alio audisti, vel ipse per te inuenisti meliora quam ea qua a me traduntur, illa complectere. Quod si nostra tibi placent, nos quoque maxime honorare debes. Nunc autem tanquam ab initio tu ducas, ego sequar. Honoratus. n. a te, te honorabo: non honoratus autem, conquiescam. Præterea si tu honorare prius me coeperis, philosophiam videberis honorare: idque apud multitudinem quod tu in primis cupiebas, tibi gloriam pariet, tanquam sapientia amator. Sin autem ego te honorauero me minime honorantem, diuitias admirari videbor & sequi. hoc vero quam turpe ab omnibus censeatur, non ignoramus. Ut autem summam dicam, te honorante, ambobus honor erit: me autem honorante, ambobus infamia. Et de his quidem satis. Summa vero ipsa non recte se habet. Narrabit vero ipse tibi Archidemus, cum ad te redierit. Illud autem preciosius et diuinius, de quo per illum me interrogas, omnino ipsi est ostendendum. *As. n.* Ut ille fert, non sufficienter tibi a me de prima natura demonstratum fuisse. Dicendum est igitur tibi nunc per ænigmata quedam: ut si quid huic tabellæ vel mari vel terra contingat, qui eam legerit, intelligere non possit. Est autem ita. Circa omnium regem cuncta sunt: ipsius gratia omnia: ipse pulchrorum omnium causa: circa secundum secunda: tertia circa tertium. Humanus animus affectat qualia illa sint, intelligere: aspiciens in ea qua sibi cognata sunt. Quorum nihil sufficienter se habet. Sed in rege ipso, & in his qua dixi, nihil est tale. Quod autem post hoc est animus dicit. *At. n.* qualis hæc tua interrogatio est Dionysii & Doradis filii? qua malorum omnium causa est. Imò vero magis huius stimulus quidam animo nostro ingenuus. Que nisi quis eruat, veritate certe nunquam assequetur. Tu hoc ad me in hortis esse minus sub lauris, excogitauisse dixisti, ac tuam fuisse inuentionem. Atque ego inquam, si hoc ita se habere tibi videretur, multis me disputationibus liberasses. Nec alium unquam huius inuentorem reperisse, plurimamque inuestigationem meam circa id versari. Verum tu forsitan audito aliquo diuina quadam sorte eo progressus es. Demonstrationes autem eius rei nunquam firmas tenuisti, sed alias protulisti aliter: quatenus phantasia coniectabas. Hoc autem nihil est tale. et hoc non tibi soli contingit. Sed certe scito neminem quando primum me audit, aliter affici. Et alius quidem magis, alius uero minus defatigatus vix tandem a labore cessant. Omnes autem ferme laborant non parum. Hæc autem cum ita sint et fuerint, ferè inuenimus, ut opinor, quod tu per epistolam petisti, quemadmodum oportet inuicem nos habere. Postquam vero hæc et per se discussis, et tui aliorum opinionibus comparaueris, modo rectum examen peregeris, consentientem nobis te et nostris præbebis. Quoniam igitur pacto hæc et alia qua diximus, sient? Recte tu quidem ea de causa Archidemum ad nos misisti. Ac postquam ad te reuersus sententiam tibi meam retulerit, dubitationes alia te forsitan capient. tu vero si recte tibi consules, mittes iterum ad me Archidemum. ille rursus quasi mercator, non sine lucro redibit, quod si bis aut ter feceris, atque illa qua mittimus, diligenter examinaueris, mirabor equidem si non multo melius quam nunc ad ea qua dubitas, te habeas. Audacter igitur id agatis. Neque enim vel tu, vel Archidemus negotiationem uel læ suscipere potest, qua aut honestior sit, aut deo acceptior.

Cave tamen ne excidant hæc unquam in aures hominum disciplina eruditionisque expertum. Nulla sunt enim, ut mea fert opinio, qua dicta ad populum magis ridicula videantur: neque qua apud ingenios prolata, magis mirabilia & diuina. Sæpe vero dicta semperque audita et multis annis, vix tandem velut aurum cum magno labore purificantur. Nam quod in hac re mirabile contingere consuevit, id audiunt sunt complures homines qui ista iam audierunt, pollentes acumine, pollentes memoria, in examinando & iudicando solertes, prouecti iam aetate neque minus triginta annis hæc audierunt. hi tamen affirmant qua audita quondam incredibilia maxime videbantur, ea sibi nunc primum valde credibilia videri atque perspicua, & qua tunc probabilissima, ea nunc sibi contra uideri. Hæc igitur intuens, cave ne quando te pœniteat eorum qua tibi indigne nunc exciderunt. Maxima vero huius rei custodia est, nihil scribere, sed addiscere. Nam qua scribuntur, contineri non possunt. hæc de causa nihil ego de ijs scripsi unquam, neque est Platonis opus præscriptum aliquod, neque erit. Quæ autem modo dicuntur, Socratis sunt, qui vir etiam dum iuuenis esset, virtute claruit. Vale, & nobis crede. Atque hanc epistolam, cum sæpius eam legeris, statim combure. Et de his quidem satis. Miraris autem quod ad te Polixenum non mittam. Ego autem de Lycophrone et reliquis qui apud te sunt, idem iandudum & nunc prorsus affirmo, te scilicet istis tui ingenio, tum differendi arte præstare quam plurimum, nec illorum quenquam sponte tibi in disputando, ut aliqui suspicantur, cedere, sed inuitos. Atqui uideris admodum modestè illis fuisse usus, et honestis eos muneribus prosecutus. Sed de ijs quidem perinde atque de talibus talia multa licet dicere. Philistione si uiri contigerit, utere quam maxime. Eo si fieri potest, Speusippi utere opera: atque remittas. Egeus quidem tui et Speusippus. Pollicitus autem mihi est Philistio, si abs te dimittatur, se Athenas è vestigio petiturum. Lethotoniensem vero illum dimisisse, laudabile fuit. Leuis autem petitio tam de illius necessarijs, quam de Egeosippo Aristonis filio. Nam & ad me scripsisti: si quis huic vel illis iniuriam uelit inferre, ac tu id persenseris, te minime permissurum. De Lysiclide præterea uera fateri decet. Nepe solus iste ex ijs qui Sicilia Athenas profecti sunt, nihil in tua meaque consuetudine immutauit. Sed qua facta sunt, quotidie uerbis pro uiribus magis honestat.

PLATO DIONYSIO.
EPISTOLA III.

PETIS an rectius ponatur in salutationibus, gaudere, an quemadmodum ego solitus sum scribere ad amicos, bene agere. Tu quidem, ut aiunt hi qui tecum in Delphis affuerunt, ita Deum ipsum blande alloqui, ac similiter scribere consueuisti, Gaude, vitamque tyranni iucundam serua. Ego autem neque Deum hoc modo, neque hominem salutarim. Non Deum, quia contra illius naturam loquar. Nam procul a molestia et uoluptate diuinitas. Non hominem, quia sapiens detrimentum et dolorem sibi affert uoluptas, ebrietudinem in aetate et obliuionem, insipientiam & petulantiam pariet. Et de salutatione quidem hæc mihi dicta sint. Quæ tu postquam legeris, sicuti uoles ita capies. Ferunt uero non pauci te dicere solitum ad legatos quosdam, dum te aduentum, in aetate habuisse Græcas ciuitates in Sicilia restituere, et Sy

racusanos releuare, ac pro tyrānide regiam gubernationē
 illis inducere. Audientē Verō hac me tibi ne faceres illa
 obstitisse, cū tu vehementer id cuperes. Nunc aut illa ipsa
 ut facias, Dionē docere, ac tuis proprijs cogitationibus
 imperium à nobis tuū labefactari, ut uerū sermones hmoi
 aliquam tibi utilitatem ferant, tu ipse cognoscis, iniu-
 ria certē me afficis, cū contraria dicas quam Veritas sit.
 Et profectō satis superq̄ haecenus à Philistide & alijs cō-
 pluribus inuidia mihi cōstata est et apud milites et apud
 Syracusanos. Nā cū in arce unā tecū habitantem, oīa ma-
 lefacta in me conuertebātur, afferentibus qui extrā erāt,
 te singula meo consilio facere. Cū aperte scias per pauca
 me tecū de gubernatione ciuili sponte mea, atq̄ id ab imi-
 tio tractauisse: dū aliquid posse me proficere arbitraret, et
 alia quaedā exigua, Legū procijs mediocriter inenben-
 tē. Quibus tamen postea vel te vel aliū audio quaedā prae-
 ter mentem meā inseruisse. Quae facillē inter noscent, qui
 possunt morē ingenij nostri discernere. Sed ut modo dice-
 bā, nō ego calūnia et apud Syracusanos et apud alios, qui
 bus me ista dicens criminari: sed multo magis purgatio-
 ne contrā primā calūniā, et contrā nouā nuper exortā,
 maiorē quidem ac vehementiorē. Ergo aduersus duas ca-
 lumnias necesse est excusationem me duplicē aggredi.
 Primū quidem meritō noluisse me de gubernatione reipu-
 blicā tecū agere: deinde meū illud consiliū nō fuisse quod
 tu ais, ut suaderē tibi ne ciuitates Graecas restitueres. Et
 primū quidem de primo sic accipe. Veni Syracusas à te uo-
 catus & à Dione: quū esset ipse Dio magna apud te di-
 gnitatis, mihi iam pridem hospes, atate Verō mediā atq̄
 perfectā, quibus oīno vel mediocriter prudens, opus esse
 ad res hmoi gerendas quales tuae erant, existimari. Tu
 Verō eras admodū iuuenis: & oīum quorum oportebat te
 peritiā habere ignarus, mihi quoq̄ valde ignotus. Post
 haec, siue quis homo, siue deus, siue fortunam quadam
 tecum, Dionem pepulit. Tu solus relictus es. An igitur
 cōionem mihi aliquā tecū rerum ciuiliū tūc relictā
 putas: cū uiderem prudentem quidem consultorem abs-
 te pulsum, te aut imprudentē cum multis flagitiosis ita
 fuisse relictum, ut non imperares, licet imperare arbitra-
 reris, sed hmoi hōibus reuera seruires. Tunc ergo quid
 oportebat me facere? An non id quod faciebam? Absti-
 nere uidelicet omni gubernatione, ne inuidia maleuolō-
 rum in calumnias uocarer. Et illud oīno conari, ut uos in-
 uicem disidentes, et lōge diuisos in pristinā amicitia gra-
 tiāq̄ reducerem. Tu mihi testis esse potes quāto conatu hoc
 à me negotiū susceptum fuerit, neq̄ unquā desertū. Tādē
 vix ita cōuenimus, ut domū remeare, finitōq̄ bello quod
 tunc erat, ego et Dio Syracusas rediremus: tu aut nos
 aduocares. Haec sunt acta in prima illa profectioe ad te
 mea, et in patriā reditu. Facta deinde pace iterū me uo-
 casti, non tamen ut inuicē cōueneramus, unā cū Dione,
 sed solū. Scripsisti. n. ut ipse tūc Venire, Dionē uerō postea
 te uocaturum. Ea de causa ego tunc non Veni, quod qui-
 dem Dionē displicuit, qui praestare putabat ut parerē tibi
 atq̄ Venire. Transacto post hac anno, trirēmis unā à te
 missa est: et simul cū illa litera tua. Quarū caput erat,
 si Venire, Dionis res ita fore ut ego maximē optabā. cō-
 trā Verō, si nō uenire. Pudet referre q̄ multa tunc episto-
 la scripta sunt, tū abs te quam ab alijs tua causa, ex Ita-
 lia atq̄ Sicilia ad me et ad multos propinquorū familia-

riumq̄ meorū, quae omnes exhortabantur, praecabanturq̄
 ut tibi obsecutus accederem. Visum est igitur omnibus,
 et in primis Dionē, absq̄ dilatione eūdū esse. quanquā ego
 ob atatem me excusabam: et de tua constantia me diffi-
 dere dicebam: quasi nequies obrectatoribus maleuolūq̄
 meis disidiū inter nos quarentibus resistere. Conspexerā
 n. iam pridem, & nunc etiam perspicio opes tā priuatorū
 quam principū, quanto maiores sunt, tanto magis insi-
 diatores: et turpiū noxiarumq̄ voluptatū machinatores
 nutrire. quo nihil perniciosius gignit opulentia atq̄ pote-
 stas. Veruntamen omisiss his omnibus, Venire decreui, ne
 querela materiā alicui familiarū meorum relinquerem,
 quod cū possent eius res salua esse, ob negligentiam meā
 perissent. Quae Verō post aduentū meum secuta sint, tu
 optime nosti. Censebā equidē ut secundū promissa epistola
 rū tuarum quam primum Dionē reuocares, et pristina fa-
 miliaritate reciperes. cuius ego rōnē habendā esse putabā.
 In quo si mihi paruisses: fortē melius tua et Syracusanorū
 caeterorumq̄ Graecorū res, ut mea uaticinatur opinio, se-
 se haberent. Arbitrabar deinde bona Dionis, suis resti-
 tui debere, nec illis diuisoribus quos tu praefeceras, eorū
 administrationē amplius relinqui. Iudicabam praeterea
 pecuniā singulis annis Dionē solitā mitti, esse mittendā,
 non diminutā ob praesentiam meā, sed magnā audactā. cū
 aut horū nihil abs te impetrare possem, abire cōstitui. Tu
 Verō anū me ut expectare, rogasti, affirmans te Dionis
 bonā oīa redditurū, ita ut media pars Corinthi ad Dio-
 nem ipm mitteretur: reliqua Verō pro eius filio Syracusis
 maneret. Multa praeterea referre possum, quae promissa
 à te seruata nō sunt. Sed ea ob multitudinē omitto. Cū n.
 bonorū Dionis oīum uenditionem faceres, absq̄ ullo eius
 consensu: quanquā ita demū hoc faciendū dixeras, si ille
 assentiretur, promissis omnibus, o vir mirabilis, Colo-
 phoniū, ut aiunt, suffragium, finēq̄ gloriosissimū impo-
 sisti. Rē profectō neq̄ honestā, neq̄ honorificā, neq̄ ius-
 tā, neq̄ uilē machinatus, me deterere conatus es tan-
 quā rerum illarum nesciū: quo ego pecunias ad Dionem
 mittendas postulare desisterem. Nam cū Heraclidem pel-
 leres: quod neq̄ Syracusanis, neq̄ mihi iustū uidebatur,
 egoq̄ una cū Theodote et Eurybio pro Heraclide deprecari,
 accepta hinc quasi sufficenti quādā occasione, iam pridē
 te deprehendisse dixisti, nullā mihi curā esse rerum tua-
 rum, sed Dionis solū, eiusq̄ amicorum et propinquorū.
 Itaq̄ cū Heraclides et Theodotes Dionis amici sufficio-
 ne criminis non carerēt, me oīa facere quo meritis poenas
 non darent. Haec quidem in nostra illa ciuili administra-
 tionis cōmunionē, & quaecumq̄ aliā dissensionē nobis
 accidisse quid mirum? Prauus enim à prudentibus Vi-
 ris meritō existimari possem, si potentia tua magnitudine
 adductus, ueterem amicum & hospitem meum à te pa-
 tria pulsum, nulla in arte, ut ita loquar, te deteriorema
 prodidisset atq̄ destituissem, te Verō iniuriantem illi
 praeposuissem, & omnia fecissem quae imperares, tuarū
 scilicet opum gratia. Certē si illū tui gratia prodidisset
 nemo aliam mutationis meae causam fuisse dixisset. Haec
 igitur ita gesta, causa fuerunt succedendi inter nos, et ni-
 hil cōmunicandi. Verum mihi oportune iam sermo in cā
 transit partem: de qua secundo mihi loco dicendum propo-
 sui. Attēde obsecro diligēter, si uerū tibi dicere uideor.
 Dico te Archidamo praesente & Aristocrito, cūm esses
 in hortis

in hortis viginti ferme dies ante recessum meum è Syraculis Athenas, dixisse mihi illa qua nunc etiam dicis: quod Heraclidis & aliorum oꝝum, magis quam tui curam haberè. Præterea me in presentia illorum rogasti, an meminisssem cū primo Syraculas Veni, suavisse me tibi ciuitates Græcas restituere. Egoꝝ concessi meminisse me: & addidi èt tunc optimum mihi videri. Fatendū est, d' Dionysi, quod subinde dictū est. petij equidē utrū id solū tibi consuluissem: an aliud præterea. Ad hæc tu iracundè nimium & contumeliosè respōdisti: & alia èt me præcepisse. Itaq; contumelia tunc in me id fuit, vt putasti: nunc autē assēueratio pro somnio est. Rogasti autē me apertè nimium, si benè quid memini, me deridens, an ista præcepisssem tibi quasi docto, an non. Respondi te id optimè meminisse. At ipse ad hæc adiecit. Vt docto in geometria, an quō? Tunc ego quod respōdere poterā, reticui: Veritus, ne Verbi alicuius exigui causa, nauigatio illa à me expectata, mihi prolata angusta fieret. Caterū ad illud iam redeamus, quō tendunt hæc oꝝa. Noli inuidiā conflare mihi, dicens te prohibitum fuisse à me ciuitates Græcas dirutas à Barbaris, restituere: ac Syraculanis gubernationē pro tyrannica regiā mutare. Nihil. n. de me potes mentiri, quod à meis sit moribus alienius. Atqui si foret alicubi sufficiens huius rei iudicium, èt alia dicere superioribus clariora: probaremꝫ manifestè me suavisse tibi vt illa faceres: te autē recusavisse. Nequaquā difficile est ostēdere illa futura fuisse optima & tibi & Syraculanis & Siculis oꝝibus. Si ergo negas te ista dixisse cū dixeris: satis equidē habeo quo te criminer. Quod si fateris, Steficorū sapientē puta, atq; eius palmodiā. i. cantū superiori cōtrariū imitatus, ex medicis fermōe te ad verū traducas.

PLATO DIONI SYRACULANO, BENE AGERE.
EPISTOLA IIII.

PUTO manifestam esse per oꝝe tempus propensissimā voluntatem meam circa singula qua contigerint, neq; occultum esse vobis, studium conficiendi fuisse mihi non aliam magis ob causam, quam vt in rebus honestis honorē consequerer. Censeo. n. esse iustum, vt qui reuera boni sunt viri, & talia faciunt, dignā gloriā consequantur. Presentia igitur, deo gratias, rectè se habent. De futuris verò maximū vobis propositū est certamen. Nam fortitudine quidem, celeritate, ac robore præstare tale est, vt aliorū quoq; esse possit, sed veritate, iustitia, magnificencia, & hmōi quadā honestate & dignitate præcellere, ad eos qui ista gerunt, & talū sibi gloriā vendicāt, præ cateris attinet. Manifestū sanè est quod dico. Meminisse autē debemus, oportere nos, vt te non latet, plus ab alijs quam viros à pueris differre. Itaq; constare oꝝibus debet, tales nos esse quales videri volumus, præsertim cū deo iuuante perfacile sit futurū. Cateris siquidem hoc cōtingit, vt multa loca obire cōpulsī fuerint ad id consequendū, rerū verò tuarū status hmōi est, vt ex vniuerso, vt ita dixerim, terrarū orbe vnū in locum, & in illo ipso in te vnū maximè oculi oꝝum sint conuersi. Tanquā igitur subiectus oculis spectatusq; ab oꝝibus, conare Lycurgū illū antiquū exprimere, & Cyrū, & siquis alius videatur in qua moribus & publicis institutis excelluisse, præsertim quū sit multorū ac penè oꝝum vestrorū opinio, post

Dionysium sublatū res esse perituras, propter tuā & Heraclidis & Theodoti caterorumq; nobiliū ambitionem & excellendi cupiditatē. Primū quidē optandū est, ne quisquā talis existat. quod siquis apparuerit talis, tu medebere, vt res in melius deducatur. Ridiculū tibi fortè videtur, me ista monere, cū tibi sint nota. Sed ego in theatris conspicio, certatores à pueris prouocari, nedū ab amicis, qui benevolentia studio cohortari putantur. Vos certè nūc tanquā in teatro quodā certatis. In quo si nostra opera opus est, certiores nos facite. Hic autē perinde se res habent, vt cū vos aderatis. Scribite mihi quid actum sit, quid due agatur. Nā licet audiamus multa, certi nihil habemus. Multa à Theodoro & Heraclide ferūtur epistola Lacedæmona & Aeginā. Nos autē, vt dixi, audientes multa de rebus vestris, nihil apertè percipimus. Nec te lateat eā esse de te apud quosdā opinionē, quasi de hūc aliquāto minus quam decet, officioso atq; affabili. Memeto igitur necessariam esse ad res gerendas, hōiū benevolentiam, austeritas verò solitudinem amicorū parit. Felix esto.

DIO PERDICCAE BENE AGERE.

EPISTOLA V.

EVPHREO suasi quemadmodū ad me scripsisti, vt in rerum tuarū administratione perseneret. Est autē meum tibi quoq; & de alijs rebus, quemadmodum religio & hospitibus postulat, cōsiliū dare, & quemadmodum Euphreo vii debeas. Profecto vir ille ad multa utilis esse potest. Maximè verò ad id, cuius tu plurimū indiges ob aratem, præsertim cū haud multi reperiantur, qui de his rebus cōsiliū inuenibus cōmodè afferre possint. Est. n. vox quādam vniuscuiusq; ciuili gubernationis, velut aut alium quorundā. Nā aliam popularis, aliā paucorum, aliā vnius gubernatio vocē emitit. His intelligere multi profitentur, sed longè absunt ab intelligendo, præ admodum paucos. Quae igitur gubernatio propriā vocem erga deos & erga hoies emitit, consentaneasq; voci actiones reddit, ea viret semper atq; seruetur. quod si vocē alterius imitatur, interitū recipit. Ad hæc Euphreus tibi perutilis esse poterit, quāuis & ad alia vir fortis sit. Rationes. n. monarchia. i. principatus vnius, non minus quam eos qui apud te sunt, eum inuenturū esse spero. Ad hæc igitur illo fretus, utilitatē ex eo percipies, & referes ipsi tu deinde quā plurimā. Quod siquis hæc audiens obiciat, Plato quidē profitetur q̄ ad populare statum cōferat intelligere, nunquā tamen licet occasio data fuerit, in ciuitate sua surrexit ad cōsiliū populo exhibendum, ad hæc respondebitur, Platone sero tādē fuisse in patria, populūq; offendisse iam senescentē, assuefactūq; per illos qui antè se fuerāt, multa diuersa facere à cōsilio suo. Nā libētissimè vt parētī illi cōsulisset, nisi frustra se ipm periculo subiecturū existimasset. Idē quoq; circa cōsiliū mihi futurū existimo. Si. n. insanabiles videremur, re dimissa, oꝝ de me meisq; cōsilio abstineret. Esto felix.

PLATO HERMIÆ, ERASTO ET CORISCO BENE AGERE. EPIST. VI.

MHI quidē videtur deorū aliquis fortunā vobis optimā, modo rectè eā recipiatis, benignè abunde parasse. Quippe finitimi estis, & utilitatē vobis mutua cōferre ualetis per maximā, Hermia siquidē neq; multitudo equorū, neq; alius belli apparatus, neque

auri magnitudo vsque adeo vires auget, quantum ami-
corum bonorum constantia atque fidelitas. Erasto autem & Cori-
sco prater sapientiam istam de speciebus pulcherrimam, alia
insuper affirmo, & si sum senex, opus esse sapientia aduer-
sus improbos iniustosque cauendi, & ad resistendum potentia.
Sunt enim in experti fraudum: quia penes nos cum hominibus vi-
uere diu consueti sunt minimè malis. Quapropter illos hu-
iusmodi quadam indigere dico cautione, ne compellantur ve-
ram negligere sapientiam, & humanam hanc necessariamque
sapientiam, plus quam deceat, meditari. Rursus verò eam
ipsam vim mihi videtur Hermias in primis natura vsque
& arte consecutus. Quid igitur dico? Equidem Erasti &
Corisci mores ingeniaque expertus magis quam tu confirmo
tibi, o Hermias, denuncio, testor, non facile magis fidos
homines istis finitimis esse te reperiturum. Tibi itaque consulo, ut
quoad fieri potest ac licet, o studio hos viros complectaris.
Vobis quoque, o Erasto, & Corisce consulo, ut Hermiam
vicissim suscipiatis, certantes mutuo amore & beneficio,
vno maxime amicitiae nodo vinciri. At si quis vestrum
coniunctionem istam dissoluere videatur, nam humana qui-
dem mobilia sunt, huc ad me meosque mittite accusatoriam
in delinquentem epistolam. Puto enim iustitia & pudore re-
fertor: qui à nobis profisciscuntur sermones, nisi quid ma-
gnum subsit, magis, ut dicitur, o incantatione vos in
pristinam amicitiam & coniunctionem copulatueros. Ita si phi-
losophemur omnes, utriusque quatenus valebimus, & nostrum cuius
concedetur, rata hac modo edita oracula seruabuntur.
Quod si ista negligamus, nihil equidem profabor. Omen
namque bonum vobis prae dico, atque vaticinor, hac bona omnia
vos ita demum esse facturos, si deus voluerit. Hanc verò
epistolam à vobis tribus simul legendam censeo: aut saltem
duobus vna legentibus, & saepe et repetentibus. Vten-
dumque vobis pacto & lege certa: etiam iureiurando ut
aequum est interposito, non sine eleganti studio atque huius
studij sorore disciplina, testando deum rerum omnium du-
cem praesentium & futurarum, ac ducis & causae patris
domini. Quae si verè philosophemur, cognoscemus aperte
omnes, quatenus felicitis hominis natura pertingere potest.

PLATO DIONIS PROPINQVIS ET
AMICIS BENE AGERE.
EPISTOLA VII.

SCRIPSISTIS mihi censere vos eandem mentem
in reip. esse vobis conseruandam, quam Dio habuis-
set: meque rogatis in comunione accedere quantum
verbo factos virum habeam. Ego autem si eam volunta-
tem opinionemque quam ille habuit, habetis, assentior vo-
bis, & in comunione accedo. Si non habetis, de ea re
consultandum etiam atque et dico. Quae verò fuerit illius
mens atque voluntas: non ut coniectans, sed tanquam scies
referre possim. Quando ego primò Syracusas profectus
sum, annos circiter quadraginta aetatis agens: Dio in ea
erat aetate, qua nunc Hipparinus. & in ea quam tunc
comprehenderat opinione semper perseuerauit, Syracusa-
nos putans esse liberos oportere: atque optimis legibus gu-
bernari. Itaque non sit mirandum, si quis deorum hunc in
eadem opinione reip. gubernanda ipsi consentientem praes-
titerit. Quae verò ratione id fuerit faciendum, digna res
est, quae & seni & iuueni audiatur. Conabor autem, quo-
niam praesens tempus id postulat, rem omnem à principio vobis

referre. Equidem adolescens dum essem, eandem quam plerique
habui cupiditatem. Statueram enim: cum primum mei ipsius co-
pos factus essem, ad remp. conferre. Interim talia quadam
circa remp. contigerunt. Nam cum praesens reip. status à
multis improbaretur: secuta mutatio est. Tunc vnus &
quinquaginta viri gubernatione suscepta: vnde in vr-
be, decem verò in Piraeo forensium urbanarumque rerum
administrationem habebant. Sed penes triginta viros sum-
ma erat omnium autoritas constituta. Horum nonnulli dome-
stici & noti erant mihi: qui me statim ad remp. capes-
sendam inuitauerunt. Atque ego nihil mirabile sum ob iu-
uentutem perpeffus. Quippe existimabam illos ab iniusta vi-
ta ciuitate ad iustos mores debere conuertere. Itaque dilige-
ter in dies quid facerent obseruabam. Verum ad aduertit eos
breui admodum tempore ita se gerere, ut prior ille reip. status
fuisse aureus putaretur. Nam & alia multa iniuste fece-
runt, & amicū meū seniore Socrate, quem ego iustissi-
mum omnium qui tunc erant, appellare non vereor, vna cum
alijs quibusdam ad adducendum ciuū quendam ad se miserunt,
ut ultimo supplicio afficeretur: Socrateque ipsum vel spo-
te vel inuitum quasi participem sibi coniungerent. qui tamē
parere noluit, ac potius cuncta pati grauisima constituit,
quam impiorum scelerum illis socius existere. Haec igitur cum
viderem, & alia quadam non parua, grauitate tuli & ab il-
lis malis me recepi. Nec multo post secuta horum triginta
euerfio est, totaque res mutata. Rursus igitur quanta mo-
deratius, cupiebam tamen adire remp. Sed agebantur tunc
etiam utpote turbata reip. quae improbares permulta. Nec
sanè mirum fuerit in huiusmodi mutationibus inimicos quosdam
penas dare grauiiores, quanta qui redierat, magna ve-
rentur clementia. Iterum sorte quadam accidit, ut Socratem
hunc amicū nostrum potentes in reip. quidam accusaret, impiū
crime obicientes, ac minimè omnium ipsi conueniens. quasi
enim non recte de dijs sentiret, alij quidem in iudicium traxe-
runt, alij suam in eum dixerunt, condēnaueruntque, &
eum hominem necauerunt, qui superiori tempore quo nihil impie
faceret, vnum ex ipsis tunc exulante ducere, atque rei impia
nullo modo participem fieri sustinuerat. Cum hac igitur
aduerterem, & homines qui in reip. gubernatione versa
bantur, legesque & mores, quanto magis considerarem,
quantoque magis aetate progrederer, tanto difficilius arbi-
trabar esse recte remp. gubernare. Neque enim hoc fieri potest
absque amicis sociisque fidelibus. Quos tamen reperire haud fa-
cile erat, non enim amplius patrijs moribus institutisque ciui-
tas nostra gubernabatur, & parare novos impossibile er-
at sine summa difficultate, utpote simul legibus mori-
busque penitus corruptis. Itaque ego ille qui primus exarseram
incredibili cupiditate me ad remp. conferendi, intuens
cuncta in praecipuum deferri, tandem quò me verterem, ne-
sciebam. Et ab inuestigatione quidem nequaquam desiste-
re placuit, si quid forte melius eueniret & circa hac ipsa
& vniuersam remp. agendi verò opportunitatem ali-
quam expectare. Tandem verò compertum est mihi, res
omnes quae nunc sunt, improbe gubernari. Nam quantum
ad leges attinet, insanabiles ferme sunt, nullo instituto
egregio, sed fortuna quadam viuentes. Quapropter dicere
adductus sum, laudatam rectam philosophiam, quid iustum sit et
quid non, tam in reip. quam in priuata per eam dicitur discer-
ni. Itaque non prius desinere humanum genus in malis ver-
sari, quam aut homines recte vereque philosophantes reipub.
gubern

gubernationem adepti fuerint: aut hi qui gubernant, diuina quadam sorte verè philosophentur. Hæc ego mente Italiam Siciliamq; adiui. hæc fuit prima in ea loca profectio mea. Eò autem cum peruenissem, Vitã illam quã beatam vocant, Italicarum Syracusanarumq; mensarũ plenam nullo modo probavi: his videlicet in die saturum fieri, & nocte nunquam iacere solùm: & cetera quã Vitã huiusmodi subsequuntur. Nemo enim omnium qui sub cælo sunt, si in hmoi moribus ab adolescentia nutriatur, quamuis natura & ingenio excellenti pradius, unquam tamen prudens euadet. Temperatus esse certè nunquam curabit. Eademq; erit de ceteris virtutibus ratio. Ciuitas aut nulla legibus acquiescere poterit, si cuncta in superfluos sumptus eroganda ciues existiment: ceterisq; posthabitis omnibus, conuiujs duntaxat & Venereis oblectamentis obnixè putent operam impendendam. Necessè est hmoi ciuitates modo in tyrannidem, modo in paucorum potetiam, modo in popularem statum mutari: neq; unquam quiescere: iustæ verò æquabilisq; gubernationis, eos qui in his ciuitatibus potentes sunt, ne nomen quidem ipsam audire velle. Hæc ego unã cum superioribus illis considerans, Syracusas profectus sum: fortè quidem fortuna quadam. Videtur autem alicuius eorum opera qui supra nos sunt, principium tunc fuisse datum oibus quã nuper Dionis Syracusisq; contigerunt: ac vereor, ne pluribus insuper, si vos mihi nunc iterum consulenti nequaquam assentiamini. Quemadmodũ verò dicam omnium fuisse principiu, profectio tunc Syracusas meam accipite. Ego cũ Dionem tunc iuuenem conuersabar frequens, & qua hominibus optima fore arbitrabar, quibus poterã rōnibus suadebam, & ut faceret consulebã. Sed his dicendis videor latenter & prater intentionem tunc eã tyrannidũ ruinã quã secuta est, parauisse. Dio. n. cũ esset acerrimo ingenio, cũ ad cetera oia, tum ad ea quã tunc dicebantur a me perdiscenda, ita celeriter ac vehementer illa arripuit: ut nemo ex oibus iuuenibus quos unquam conuenerim, ac reliquam vitam ducere statuit multo præstantius quã alij multi Italicorũ atq; Siculorum, virtutè potius quã voluptatè deliciisq; sectatus. Itaq; insensu vinebat illi qui in tyrãnicis institutis degebat: atq; hoc vsq; ad Dionysij mortem. Postea verò animaduertit eã sententiam quam ipse rectè conceperat rationibus, non in se uno solũ, verumetiam in alijs quibusdam licet non multis existere, in quorum numero Dionysium iuniorem dijs benè inuuantibus sperabat fore: quod si accideret, & ille ipse & ceteri Syracusani mirificam felicitatem nanciscerentur. Quapropter censuit me quã celerrimè Syracusas debere accedere, ut horum socium adiutoremq; me adiungerè: memoria tenens quã facile dudum mea consuetudo ipsum in cupiditatem vitã pulcherrimã atq; optima traduxisset. Quã cupiditatem si in Dionysio ut aggressus erat profeceret, magnam spem habebat absq; cædibus & sanguine, & absq; ijs quã nunc euenerunt malis, veram viuendi rationem ac beatam vitam in vniuersa illa regione constituere posse. Hæc Dio rectè considerans, Dionysio suavitè, ut me vocaret: & ipse quoq; rogauit ut accedere cunctis posthabitis festinare: prius quã ulli alij Dionysio adhereret, neglectis optimis vitã institutis ad alia illum deflecteret. Cohortationem insuper precibus longam adiunxit. Quòdnam, inquit, tempus

aliud iam expectamus ad agendum opportunius, quã quod nunc nobis est diuina quadam fortuna concessum? Narrabat præterea magnitudinem imperij Dionysij per Italiam atq; Siciliam, eiusq; in his ipsis locis potentiam, iuuentam quoq;, atq; cupiditatem eius ad philosophiã & disciplinã studia vehementissimam. Quinetiam quã propensi forent eius necessarij atq; domestici cũ ad eam quã suaderè disciplinam vitã recipiendam, tum etiam quã in ipso quoq; Dionysio ad hoc prouocando valerent. Itaq; si unquam aliàs, nunc certè maximã adesse spem, eosdem fore & philosophos & magnarum principis ciuitatum. Ille igitur his merationibus alijs generisq; eiusdè permultis adhortabatur. Ego verò quo tandem effectus iuuenem euasurus esset, formidabã. Talium. n. cupiditates & veloces sunt, & saepe sibimet contraria feruntur. Dionem tamen tum natura graue, tum ætate iam satis maturum esse sciebam. Itaq; cogitanti ambigentiq; mihi vtrum eundem parendumq; foret, necne: subiit tandem, obsequendum esse. Atq; si quis unquam ea q; de legibus & rep. cogitauerat, perficere velit, nunc fore tentandũ. Quippe cũ iudicari si vni duntaxat persuasissimè, me bona sufficienter oia perfecturum. Quã obrem hac snã fiduciaq; domo abiui: non qua opinabantur quidam: sed quadam scientiã verecundiã in primis adductus, ne quando mihi ipsi viderer verba solùm habere: effectum verò officiumq; nullum spontè præstare: proderetq; primum Dionis hospitalitatè amicitiamq; nõ paruis subiecti periculis. Cui siquid aduersi accideret, vel pelleretur à Dionysio ceterisq; inimicis, atq; profugus ad nos his verbis cofugeret: O Plato, venio ad te patria pulsus, cũ neq; militibus neq; equitibus carerem, quorum viribus resisterem inimicis, sed verbis persuasioneq; indigerem: quã maxime sciebam te posse, iuuenes ad probitatem iustitiamq; exhortando in amicitiam necessitudinemq; deuincire. Quarum defectu rerum, modo per te factum est ut ego Syracusis expulsus huc accesserim. Et mea quidẽ fortuna abs te deserta minus tibi vituperationis affert. At verò ipsa philosophia, quã semper laudas, quã me apud alios carere honore conquereris, nõnne abs te nunc unã tecum prodica est? Quòd si Megaris fuisset, venisses vtiq; mihi adiutor, cum te vocassem: alioquin te omnium ignauissimum iudicauisses. Nunc autem ob itinervis longitudinem, periculumq; nauigationis atq; labores, te excusans infamiam euitare te putas, permultum certè aberis. Si inquam hæc ille diceret: quã nam mihi esset probabilis responsio? Certè nulla. Quas ob res rōnibus quoad fieri potest probabilibus atque ipso iure adductis accessi, relinquens consuetudines meas satis quidem honestas, sub tyrannidem neque meis sermonibus, neq; mihi conuenientem. Veniens autem me liberaui, ne vel hospitalis iupiter, vel philosophica sors accusare me posset. Certè philosophiã dedecori fuisset, si ob molliem timiditatemq; vituperari potuissem. Ceterum cũ eò venissem, neque enim oportet longius euagari, omnia apud Dionysium seditionis plena offendi, atq; calumniarum in Dionem, quasi tyrannidem affectaret. Defendi igitur quantũ valui. sed parũ potui. Quarto. n. serè mense post aduentum meũ Dionysius accusans Dionem quasi tyrannidi insidiaretur, in parvũ coniecit nauigiũ ac turpiter expulsi. Amici verò Dionis, quot eramus, cuncti formida

formidabamus, ne forte aliquem nostrum Dionysius quasi socium illius criminis supplicio afficeret. Rumor autem exortus est Syracusis, me occisum esse à Dionysio, quasi omnium quae tunc acciderint, autorem. At ille sentiens nos omnes sic affectos, veritus ne ex metu nostro aliquid forsitan accideret grauius, benignè admodum omnes recepit. Me certe ipsum consolatus bonam habere spem iussit, atque ut permanere, omnino rogauit. Erat enim sibi in fuga quidem mea nihil honesti: sed in permanendo. Atque idcirco precari me maxime simulabat. preces autem tyrannorum necessitati permixtas esse non ignoramus. Cui vero ne abire machinaretur, collocauit me in arce: atque his locis habitare voluit, unde nullus posthac nauta non modo prohibente illo, sed nisi iubente atque mittente foret abducturus: neque quisquam siue mercator siue alicuius prouinciae magistratus, me solum exeuntem conspexisset, qui non me captum ad Dionysium repente reduceret: praesertim cum iam contra quam prius vulgatum esset, Dionysium rursus Platonem vehementer complecti. Et quodammodo ita erat. Neque enim tacendum est verum. Complectebatur ille quidem in dies me magis atque magis, et gaudebat moribus nostris atque consuetudine. Cupiebatque à me laudari magis quam Dionem, et amicum longe magis existimari. Et ad id quidem maxime contendebat. Rationem vero qua id optime fuisset factum, si modo id fieri potuisset, neglexit. Haec enim fuerat, ut mihi videlicet in audiendis addiscendisque philosophiae rationibus liberius adhaereret, mecumque conueniret. At vero ad hoc ille diffidentior erat: timens ne quemadmodum asserabant calumniatores, si rationibus illis implicaretur, Dio qua cupiebat, iam esset oia consecutus. Ego autem oia pertuli, in eadem sententia perseuerans, qua ab initio profectus eram: tentans si quo pacto fieri posset, ut in cupiditatem vitae philosophicae perueniret. At ille contra nitens me vicit. Et primum quidem tempus meae profectiois in Sicilia, actionumque illic mearum per haec oia traductum est: posteris vero temporibus in Siciliam iterum sum reuersus: quo me oia studio Dionysius reuocabat. Quam vero ob causam rursus accesserim, quid illic egerim, neque id quidem absque ratione, tunc demum vobis referam, cum vobis quid potissimum rebus sic se habentibus agendum sit, consulero. Referam inquam eorum gratia qui interrogant quoniam consilio secundo redierim, sed ne quae accessoria sunt praecipuis anteponantur, ad consilium iam deuenio. Reor equidem hominem consulentem a groto et circa victum intemperato, in primis hoc suadere debere, ut modum viuendi mutet: ac si agrotus in hoc obediat, tunc alia iam illi ad medelam conferre. At si parere nolit, tunc consulentem ipsum virum putabo et medicum, si eum omiserit, quod si consulendo ulterius perseuerauerit, contra putabo, ignauum scilicet, atque artis expertem. Idem quoque de ciuitate, siue vnus eam gubernet, siue plures, existimo. Si enim probabili quadam ratione rectaque via incedenti, populo vtile aliquid consulatur, id quidem agere, sapientis officium arbitror. Sin autem penitus à civili ratione desiscat, neque vestigia quidem eius sequi velint, dicantque consultori: praestare ut rempublicam omittat, neque quicquam in ea commoueat, utpote si commouerit perituro: voluptatibus autem libidinibusque ipsorum indulgeat: atque ea ratione consulat, qua facillime semper celeriterque satis rerum volupta-

tibus fiat, equidem cum qui in eiusmodi gubernatione perstiterit, nequaquam virum putabo: sed eum potius qui prorsus omiserit. In hac ergo sententia constitutus, quoties aliquis me de rebus grauioribus consulit, siue ad diuitias, siue ad corporis vel animi purgationem pertineant, si quotidiana illius vita modum aliquem seruare posse videatur, vel saltem consulenti mihi videatur obtemperaturus, libenter consulo, neque prius desino quam initium pro viribus ad finem usque perduxerim. Si autem aut oia non petat à me consilium, aut qui petit, manifestè appareat consulenti mihi nullo modo obtemperaturus, vltro quidem non accedo ad consultandum, per vim vero, ne si meus quidem sit filius. Seruo tamen et inuito consulerem, ac vi adhibita compellerem. At patrem vel matrem per vim cogere nefas esse arbitror, nisi propter morbum mente alienatos. Quod si suo quodam more viuunt, qui mihi nequaquam probetur, neque insensus aduersareri frustra monendo, neque rursus blandiendo eorum cupiditatibus assentarer ea porrigens, quibus ego si indulgerem, viuere nolim. Hac eadem mente circa patriam vir prudens esse debet, ut ita reprehendat ciuitatis errores, si neque frustra sit reprehensus, neque ob reprehensionis studium periturus, vim autem patria per reipublicae mutationem afferet nunquam, quando absque expulsiōe et cade ciuium emendari non possit. Sed quietem aget, votoque precabitur optima et sibi et patriae. Hoc igitur pacto ego vobis consulerem. Consulebam similiter Dionysio vna cum Dione, ea videlicet ratione quotidie viuere, qua suipsius compos maxime redderetur, amicosque et familiares fidos haberet, ne idem sibi quod et patri accideret. Qui cum multas in Sicilia magnasque vrbes suscepisset, quondam à Barbaris deuastatas, easque restituisset, non potuit in singulis illarum gubernatores rerum publicarum constituere fidos, neque ex domesticis suis, neque ex alijs vnde cum comparatis, neque ex fratribus suis iunioribus quos ipse educauerat, sed tum ex priuatis hominibus praesides, cum ex pauperibus admodum diuites fecit. Horum tamen nullum fidum sibi gubernationis socium potuit adhibere, vel suadendo, vel docendo, siue largiendo, siue in necessitudine recipiendo, septies deterior Dario, qui neque fratribus confidens, neque his qui sub eo educati fuerant, sed socijs duxat Mida eunuchisque, captiuitatis partes diuisit septem, singulas maiores tota Sicilia, assignauitque singulis. Atque eos fidos nactus est regni socios, neque vel sibi vel inuicem insidiantes. Praeterea exemplum dedit, qualem oportet seipsum legulatorem regemque bonum praestare, quippe cum leges tulerit, quibus adhuc Persarum seruatur imperium. Accedit ad haec, quod Athenienses cum multis Graecorum vrbes non à se quidem, sed ab alijs constitutas, deinde occupatas à Barbaris in potestate suam recepissent, annos septuaginta in eas tenuerunt imperium, utpote qui amicos sibi in singulis ciuitatibus comparauerant. Dionysius autem cum in urbem unam uniuersam Siciliam congregasset, ob sapientiam nulli confidens egregè seruatus est. Carebat enim amicis fideisque hominibus, quod nullum maius est argumentum, uel improbitatis si desint, uel probitatis si adsint. Haec igitur Dionysio ego ac Dio consulebam postquam paterna res sic se habuissent, ut neque eruditorum uirorum familiaritates, neque decetes haberet consuetudines. Admonebamusque ut anim ad haec intendens, in primis amicos sibi alios ex domesticis et aequalibus

æqualibus compararet, ad virtutemq; concordem. Maxime vero ut seipsum sibi consentientem constantemq; præstaret, huius .n. rei defectum apud eum esse quam maximum, ostendebamus, non apertis quidem nunc verbis, neque enim tutum fuisset: sed ratione quadam latentiore idem tamen significante, docentes ita demum unumquemque hominum tam se quam illos quibus imperat posse seruare, si hac obseruauerit: sin autem contra se gesserit, contra prorsus accidere. Quod si ita ut dicebamus se compararet, seq; ipsum prudentem temperatumq; præstaret: si rursus deuastatas vrbes Sicilia restitueret, ac legibus institutisq; ad rempub. pertinentibus eas muniret, ut & sibi beneuola, & inter se inuicem contra vim Barbarorum auxilio forent, non duplicaret modo regnum paternum, Verum etiam multiplicaret. Fore quidem si ita se gereret, ut Carthaginenses multo magis faciliusq; sua potestati subicerentur, quam Geloni subditi fuissent: contra, quam patri accidit suo. ille .n. pendere tributum Barbaris coactus fuerat. Hæc erant quæ dicebamus præcipiebamusq; Dionysio, nos videlicet insidiantes sibi, ut multi diuulgauerant. qui & cum nos apud Dionysium superauissent, Dionem quidem expulerunt, nos aut in formidinem coniecerunt. Verum ut non pauca paucis comprehendamus, Dio profectus ex Peloponneso atq; Athenis, rebus iam ipsis Dionysium comonefecit. Cui ergo liberasset ciuitatem Dio: eamq; iam bis ciuibus reddidisset, eodem pacto affecti fuerunt aduersus Dionem Syracusani, quod & antea Dionysius: Nam olim Dionysium Dio educare atq; erudire contenderat, quod eum regem regno redderet dignum: talemq; se illi per omnem vitam præstare statuerat. Obrectatores autem calumniatoresq; Dionysio persuaserunt, Dionem quasi tyrannidi insidiantem in eo tempore hæc omnia machinari: ut mens Dionysij disciplina & studijs irretita, dominationem negligeret, eamq; Dionem totam relinqueret. Dio vero gubernationem dolo usurpans, illum expelleret. Quemadmodum vero tunc apud Dionysium, ita postea inter Syracusanos hæc eadem dicta iactataq; peruicerunt, infami prorsus turpiq; victoria his ipsis qui superauerunt. Sed quale id fuerit, audire vos oportet, qui me ad res nunc vestras componendas vocatis. Veni ergo Atheniensis homo Dionis amicus atq; adiutor eius aduersus tyrannum, ut pro bello amicitiam facerem: at pugnans contra calumniatores superatus sum. Cum vero Dionysius conaretur non verbis solum, sed pecunijs etiam & honoribus me sibi conciliare atq; detinere, ut mea cum ipso familiaritas testimonio foret Dionem non iniuria expulsam fuisse: nihil apud me hac in re tanto suo conatu consequi potuit. Posteris vero temporibus Dio rediens domum fratres duos Athenienses secum duxit: non ex philosophia sic amicos, sed ex hac communi vulgariq; familiaritate: quæ hospitalitate quadam & frequenter inter sacra spectaculorum consuetudine, amicitiam contrahere consuevit. Similiter illi tum ex his quæ dixi, tum quia redeuntibus obsequia præstiterunt, amicitiam cum Dione conseruauerunt. Hi ergo cum in Siciliam profecti essent, intelligerentq; calumnias inter illos ipsos qui ab ipso liberati erant, in Dionem coniectas, quasi tyrannidem affectaret, non prodiderunt modo amicum & hospitem, sed ceu proprijs manibus, ipsi percussores fuerunt. Arma .n. tenentes interfectores palam auxiliati sunt. Et facinorosi qui-

dem illius turpitudinem impietatemq; neque prætereo equidem neque enarro. Multi .n. hæc diligentius narrauerunt, atq; narrabunt. Sed aduersus infamiam ciuitatis nostræ respondeo. Nam si Atheniensis fuerunt illi qui prodiderunt: ille quoque Atheniensis fuit, qui neque pecuniarum neque honorum pollicitatione, ut proderet illum adduci unquam potuit. Non .n. per vulgarem mercenariamq; beneuolentiam factus erat amicus: sed per liberalis disciplinæ cõonem. Cui certe uni, qui sapit, plus adhibet fidei, quam ulli & amicorum coniunctioni & corporum consanguinitati. Itaque non tanti æstimandi sunt illi: ut dedecus ciuitati ob Dionis eadem afferre potuerint, quasi aliquid precij unquam fuerint. Hæc dicta sunt oratoribus, quo Dionis amicus propinquusq; cõsuleretur. Consulo autem præterea & tertio vobis quoque iam tertijs idem prorsus eademq; ratione: ne Sicilia, ne ne ciuitas ulla aliquibus hominibus, sed legibus duntaxat subiciatur, ut nostra fert ratio. neque enim dominantibus ipsis, neque seruentibus id utile est, neque eorum filijs aut natis natorum, sed perniciosorum omnino hominum est id aggredi. Angusti vero & illiberalis animi est eiusmodi lucra præcipere, nihil vel in præsens vel in futurum bonorum iustorumq; vel diuinorum humanorumue intelligentis. Hæc ergo Dionem primus persuadere conatus sum, deinde Dionysio, tertio vero nunc vobis. Ergo pareatis mihi Iouis tertij seruatoris gratia. Præterea Dionysij Dionisq; exitum at aduertite. Dionysius quidem non obtemperans consilij meis, viuit et nunc non honeste, Dio vero cum obtemperauisset, honeste interijt. Ei namque viro qui præclarissima sibi patriaq; affectat, nihil unquam nisi rectum pulchrumq; potest accidere. Nec vero quisquam nostrum natus est immortalis, neque sciri id contigerit, esset is propterea felix, ut vulgo videtur. Rebus quidem carentibus aut a nihil vel bonum est vel malum existimatione dignum, sed unicuique aut a id accidit, aut dum est cum corpore, aut a corpore separata. Credendum est reuera semper antiquis sacrisq; verbis, quæ nobis nunciant immortalem esse animam, iudicesq; habere, suppliciaq; pati maxima, postquam a corpore fuerit separata. Quamobrem minus malum existimandum est, per peti grauisimas iniurias a delinquentibus illatas, quam inferre. Quæ quidem homo cumulanda pecunia deditus, & in paupertate aut constitutus non audit, ac si audierit, quasi suo iudicio deridenda contemnit, atq; impudenter rapit indignum quicquid existimat sibi veluti bestia, voluptates ventris suppeditaturum, oblectationemq; veneream, seruiliter certe atq; ingrata & absurdam, nec verè voluptatis nomine dignam, & quasi cæcus non cernit se frustra contemdere inexplebile explete concupiscentiam. Neque rursus cernit quantum sit impietas malum, quibusq; insit rebus semper iniustitia mixta. Quam quidem necesse est animam quæ perpetraverit iniusta, secum habere, & dum per terram reuoluitur inter homines, & dum sub terram passim turpiter omnino atq; misere circūfertur. Cum igitur hæc aliaq; generis eiusdem Dionem dicere, persuasi. Interfectores autem eius iustissime quidem irascere, eodem quasi modo atq; Dionysio. utriq; .n. & mihi & alij, ut ita dixerim, omnibus dâna grauisima intulerunt. Illi quidem cum interficerent eum qui uolebat iustitia uti. Hic autem cum nullo pacto uellet iuste agere, in uniuerso regno maximam potentiam obtinuit. In quo si philosophia unâ cum potentia

uerè

Verè in idem quasi domicilium concurrisset, per omnes homines & Gracos & Barbaros elucetem veramq; opinionem sufficienter oibus ostendisset: neq; civitatem neq; hominem unquam fore felicem, nisi & cū prudentia, & sub iustitia vixerit, sine per se illas possideat, sine sub sanctorum principum moribus rite educetur atq; erudiatur. In his quidem nocuit Dionysius. Cetera verò si ad hæc comparentur, damna perexigua mihi videntur. At n. qui Dionem interfecit, non intellexit idem, quod Dionysius, se fecisse. Equidem certè scio, quantum homini de hõie affirmare licet, Dionem si regni gubernacula diutius tenuisset, nunquam in aliam dominandi formã suis se conuersurum, quàm cū ab initio patriam suam Syracusas, expulsa seruitute in suo iure constituit libertatis iam splendore latissimam: deinde oī studio ciues congruis optimisq; legibus ornaturum: præterea oēm diligentiam adhibiturum fuisse: quo tota inhabitaretur Sicilia, liberareturq; à Barbaris, alijs quidem expulsis, alijs verò subactis facilius quàm fecerat Hieron. Cū verò hæc per virum iustum, fortè, temperatū, vel philosophum gesta fuissent, eadē apud multos virtutis florisset opinio, quæ & salua re apud oēs, ut ita dixerim, hõies vixisset, si Dionysius nobis ab initio paruisset. Nūc aut̄ siue quis dæmon, siue perniciosus aliquis his sese obijciens, iniquitate & impietate: & quod pessimum est ignorantia audacia, ex qua mala omnibus oīa & radicibus hærent, & pullulant, & in posterum producunt fructum ijs qui nascuntur amarissimum: cuncta hæc peruertit rursus & perdidit. Sed nunc tertio felicium auspiciõrum gratia, bona dū taxat ominemur. Consulo igitur vobis amicis, ut Dionem imitemini: amorē illius in patriam vitæq; temperantiam magis magisq; cõplectentes. Quibus aut̄ auspicijs consilia eius perficere conandum vobis sit, & qualia consilia fuerint, aperte quidem ex me audistis. At si quis est inter vos, qui Dorice nequeat viuere secundū patriæ instituta, sequaturq; Siculum viuendi morē, & eos qui Dionem occiderunt, neq; eum recipere, neq; existimare velitis vlla in re fidèle atq; syncerum. Ceteros aut̄ adhortari potius debetis ad habitationem totius Siciliæ disponendā, legumq; paritatem: tum ex ipsa Sicilia, tum ex omni Peloponneso: nec Athenas horrere. Sunt n. & ibi viri virtute omnium præstantissimi, & qui odio habeant eorum crudelitatem, qui hospitum cadē se polluant. Verum si hæc tardiora iam sunt, vrgentq; vos quotidiana, multiplicesq; seditiones atque discordiæ: intelligere unumquenque oportet: cui modo vel paulum rectæ opinionis fors quadam diuina largita sit, nullum fore finem seditionum, malorumq; ex seditione nascentium, prius quàm illi qui vicerint prælio, à cadibus pulsionibusq; ciuium, atque etiam iniuriarum cõmemoratione vindictæq; cupiditate temperantes inimicis concilientur, suiq; ipsius compotes fiant: præterea leges ferant cõmunes nihilo magis ad voluptatem suam quàm eorum quos vicerint: cogantq; illos his legibus vi. Cogant inquam gemina necessitatis via: metu scilicet & pudore: metu quidem, propterea quòd potentiores sint, suam vim demonstrantes: pudore verò ex eo, quòd rursus potentiores promptioresq; appareat, eum in voluptatibus superandis, tum in legibus obseruandis. Aliter autem nulla prorsus est via finiendorum malorum ciuitatis in seipsa seditionibus laborantis: sed sedi-

tiones, inimicitia, odia, prodiciones in repub. ut in ciuitatibus ita se habentibus intra se atq; vicissim fieri consuevit, semper exorientur. Quamobrem qui tanquam potentiores rempub. tenent, si salutem exoptant, ipsi inter se eligere atq; in honore præferre eos debent, quos esse audierint optimos: primum quidem senes qui filios & uxores habeant, atq; domicilium, ac maiores eorum quàm plurimos, & probatos, & insignes, sufficiensq; omnes patrimonium possidentes. Ciuitati verò decem milium virorum, quinquaginta eiusmodi sufficient. Hos ergò precibus honoribusq; quàm maximis domo euocare debet, euocatos autem precari, atq; iureiurando astringere, ut leges condant, quæ neque victoribus, neque victis plus tribuant, sed ius vniuersæ ciuitati æquum atq; cõmune. Latius deniq; legibus in hoc iam omnia consistunt. Si n. victores subesse legibus voluerint, magis etiam quàm illi qui victi sunt: omnia iam erunt salutis, felicitatisq; plena: malaq; omnia præcõl aberunt. Sin minus, nec me, nec alium in commune consilium ad eum vocare oportet, qui præceptis eiusmodi non acquieuerit. Hæc vitæ germana sunt eorum quæ iandis ego ac Dio Syracusis efficere recto iudicio aggressi sumus: posteriora tamen. Nam prima quidem illa fuissent, quæ apud Dionysium ipsum primo, bona omnibus communia agere conati sumus. Sed fortuna quadam hominibus potentior illa dissoluit. Nūc autem vos ista conemini bona quadam sorte diuinæ fortuna fortunatius agere. Atq; hic finis epistola de cõsilio, deq; prima in Siciliam nauigatione mea. Quod autem sequens profectio & nauigatio mea, neq; ab re, neq; temere suscepta fuerit, sicut id cura sit, audire iam licet. Primum quidem habitationis in Sicilia mea tempus mihi transactum fuerat, quemadmodum supra dixi, prius quàm amicis necessarijsq; Dionis consilium darem: postea verò quantum potui Dionysio persuasi, ut me abire permetteret. Conuenerat autem inter nos, ut cū pax facta esset ex bello, quod tunc in Sicilia erat, statimq; illius tutius confirmatus, Dio reuocaretur, atq; ego simul accederem. Voluit autem Dionem intelligere atque existimare se non quasi in exilio, sed in secessu quodam constitutum esse certo tempore rediturum. Ego verò consentiẽs recepi me ita facturum. Sed cū postea pax secuta esset, me quidem accersiuit Dionysius: Dionem verò ad annū insuper hortatus est absentiam tolerare. Me aut̄, ut oīno ad eum properare, rogauit. Dio igitur, ut illuc accederẽ, & iubebat, & precabatur. Increbuerat n. ex Sicilia fama, Dionysium miro quodam rursus philosophia desiderio affici. Quare cõmotus Dio ne profectiõnem omitterẽ, magnopere flagitabat. Ego verò quanquam sciebã inuenes plerunq; erga philosophiam affici ita solere, existimaui tamen tutius fore, ut rem totã dimittere, neq; Dionysio, neq; Dionis parerem. Odiosè igitur vtriq; respondi, me videlicet idcirco non profecturum, quia senex iam essem, & eorum quæ in præsentia fierent, nihil ita ut cõuenerat, feret. Audiui autem Architam Tarentinum interim ad Dionysium accessisse. Ego n. illum antè discessum meum nonnullosq; alios Tarentinos in Dionysij familiaritatẽ adduxeram. Erant & alij quidam Syracusis nonnunquã Dionis auditores, atq; inter hos alij quidã, qui alia plurima in philosophia audierant, qui mihi visi sunt contendisse de rebus huiusmodi apud Dionysium disput

disputare: quasi ille omnia quae excogitauerim, audiuis-
set. Illo vero nec hebes est ad perdiscendum: & honoris
cupiditate vehementer incensus. Placuerunt igitur sibi
forte quae dicebantur: manifesteque erubescant, nihil à
me cum ad eum profectus sum, audiuisse. Itaque partim
amor planius audiendi eum inuaserat: partim cupiditas
gloriae stimulabat. Quam vero ob causam in prima illa
peregrinatione mea non audiuerit, superioribus enarraui.
Cum ergo domum ego sesses redissem, atque illi iterum reuo-
canti negauissem, ut dixi, visus iam mihi est Dionysius
honoris sui cura prorsus ardere: Veritus ne sic acciperent
homines negationem meam, quasi illum prorsus contemnerem,
cum eius ingenium moresque et uita ipsa experientia cogno-
uissem. Iustum est autem me verum fateri, ferreque aequo ani-
mo, si quis quae contingerint audiens, meam quidem sper-
nat philosophiam, tyrannum vero mentem putet habere.
Misit enim Dionysius tertio ad me tiremem, qua facile na-
uigarem. Misit et Archidemum, quem ex omnibus Ar-
chita in Sicilia familiaribus plurimum à me fieri existima-
bat, atque una alios ex Sicilia nobiles omnes ipsidem mihi
verbis affirmarunt Dionysium mirum in modum philo-
sophia deditum esse. Misit ipse praeterea pergrandem epi-
stolam, cum sciret quemadmodum et ipse erga Dionem
afficerer, et Dionis cupiditatem id prorsus expetere, ut
Syracusas me conferrem. Ad hac igitur omnia compo-
sita epistola fuerat, tali quodam exordio. Dionysius Pla-
toni legitima et consuetata ratione in his praefatus: ni-
hil deinceps prorsus ait, quam quod in Siciliam pro nostra
Voluntate ueneris. Primum quidem de Dione ita fiet ut
ipse uolueris: Voles autem, ut arbitror, moderata: atque
ego concedam. At vero nisi ueneris, nihil impetrabis
eorum, quae pro Dione optas: neque in rebus alijs, neque in
ijs quae ad personam suam spectantia in primis desideratis.
Hac ita scripsit. Cetera uero prolixa forent, neque sa-
tis opportuna relatu, uenerunt aliae quoque epistola ab
Archita alijsque Italij et Tarentinis, laudantes in Dio-
nysio sapientiae studium. praeterea his addebant, nisi pro-
ficiscerer amicitiam illam quam ipsis cum Dionysio confluera, et
neque parua quidem quantum ad ciuilia spectat, me omni-
no calumnyis subiecturum. Cum igitur eo tempore sic ac-
cerficerer, alijs quidem ex Sicilia atque Italia me trahenti-
bus, alijs uero precibus Athenis quasi me impellentibus,
ratioque mihi dictaret non decere Dionem Tarentinosque ho-
spites et amicos prodero, atque mihi ipsi succurreret,
non esse mirum si quis ingeniosus iuuenis cum prius ser-
mones de rebus magnis audire noluerit, mutata deinde
sententia ardore quodam uita optimè accendatur. Opor-
tereque ipsum euidenter arguere, utra in partem declinet,
nec ipsum prodero: nec me ipsum causam illi praebere tan-
ta uituperationis suae: si modo res eius reuera ita ut fer-
tur, sese habeat: harum inquam rationum patrocinio prote-
ctus iter ingredior multa quidem timens, multaque fore di-
uinans, nec rectè quidem ut uidetur. Profectus denique sum
tertio subseruatore. Id enim reuera consecutus sum. nam rur-
sus feliciter sum seruatus. At horum post deum Dionysio
habeo gratiam, quoniam cum plerique me interficere cuperent,
restitit ipse, partemque aliquam pudoris sui meis in rebus exhi-
bit. Cum itaque ad eum peruenissem, operapretium in primis
fore censui, hoc ipsum examinare, utrum reuera Dionysius
amore philosophiae accensus uelut igne flagraret, an va-

nus de eo rumor Athenas usque fuerit peruagatus. Est
modus quidam experientiae circa haec sumenda. non inge-
niosus ille quidem, sed tyrannis reuera conueniens, his
praecipue qui plurimos iam audierint. quod quidem ego
statim ueniens persenssi prorsus Dionysio contigisse. Osen-
dendum est utique illis quam magna res philosophia sit quam
totum studio egeat, et quantis laboribus comparatur. Qui
igitur haec audierit, si reuera sapientiam amet, eius natu-
ra cognatus atque ipsius possessione sit dignus, quasi qui di-
uinus sit, uiam sibi mirabilem esse putat ostensam, perque
eam sibi omni conatu existimat gradiendum, aliterque faci-
cienti uiuendum esse non censeat. Itaque seipsum atque etiam
huius uia ducem impensius cohortatur, neque prius desinit,
quam uel finem omnium fuerit consecutus, uel saltem eam
sibi comparauerit facultatem, per quam ipse se iam sine dis-
ce ad terminum perducere ualeat. Hac igitur atque homini
rationibus ille considerans, per uniuersam uitam, quic-
quid omnino agat, ante omnia est philosophiae semper inten-
tus, uictusque quotidiano uitae quo maxime queat inge-
nium et memoriam et iudicium conseruare, sese sobrium
praestans, contrariumque huic uictum semper odio habens.
At uero qui non sunt reuera sapientiae amatores, sed opi-
nionibus duntaxat extrinsecus colorati, instar eorum qui
sub sole uruntur atque colorantur, cum audiuerint quot dis-
cenda sint, quanto labore, qua quotidiani uictus tempe-
rantia philosophiae studijs necessaria, rem protinus sibi du-
ram impossibilemque rati, ut operam dent adduci non possunt.
Plerique uero sibi met persuadent, sufficienter se omnia iam
audiuisse, neque studio prorsus ullo ulterius indigere.
Hac utique faciendi periculi ratio perspicua est et mini-
mè fallax aduersus eos qui prosequi praemollitiae nequeunt
ut crimen in praepatore reuocare nunquam possint, sed ipsi
iam seipsos ad ea quae philosophiam decet peragenda re-
darguant, ut impotentes. Hac utique examinis ratione apud
Dionysium tunc usus sum, cuncta uero nec ego percurri,
neque Dionysius requirebat. Nam erant permulta et maxi-
ma, in quibus se satis doctum ob ea quae ab alijs audiuerat,
existimari studebat. Audio uero ipsum de his quae tunc
audiuit scripsisse postea, quasi artem propria componentem,
cum nihil tam horum reuera ipsorum inesse, ut equidem audio.
De his uero ego nihil certi scio. Alii: tamen quosdam noui
de rebus eiusdem scripsisse. quicumque uero hi fuerint ne ipsi
quidem seipsos cognouerunt. Tantum uero dicam de his om-
nibus qui aut scripserunt, aut scripturi sunt, se sive affir-
mantes quae sint ea quae ipse tanquam seria studiose meditor,
sive à me, sive ab alijs audiuerint, sive tanquam inuectores
ipsi fuerint, nihil eos ipsa de re meo iudicio percipere posse.
Nec enim de ipsis scripsi unquam neque scribam. Id namque nullo
pacto uerbis ex primi potest, quemadmodum, cetera di-
sciplina, sed ex diuturna circa id ipsum consuetudine, ui-
tisque ad ipsum coniunctione, subito tandem quasi ab igne
scintillanti lumen resurgens in anima seipsum iam alit.
Atqui tantum equidem scio, uidelicet scripta à me uel di-
cta optima dicerentur, male uero scripta non minimam
mihi afferrent molestiam: Quod si scriptis uel uoce pro-
ferenda mihi in uulgum uideretur, quidnam pulchrius
nobis in uita fieri posset, quam rem ualde uilem homi-
nibus afferre, atque naturam omnibus proferre in lucem?
At uero studium in his edendis uile esse non reor hominibus,
nisi admodum paucis, qui uidelicet exiguis ante uestigijs
demons

demonstratis, ad inueniendum ipsi sagaces sint. Alios vero partim cōtempu nefario, partim elata spe vanaq̄ impleuisset, quasi praeclara quadam iam didicissent. Proinde longiora de ipsis dicere cogitavi. Fortē. n. si hac dicantur, nō nihil de his quae dico clarius apparebit. Est namq̄ sermo quidā verus, obstans illi qui de rebus eiusmodi nihil oīno audet scribere, saepe quidem à me aliās dictus, & nūc, vt videtur, dicendus. Vnicuiq̄ ipsorum qua sunt, tria sunt, ex quibus scientiā fieri necessarium sit. Quartū ipsa scientia est. Quintum vero oportet ipm ponere quo quid est cognoscibile. i. quod agnosci potest, atque vere existit. horū vnum est nomen, secundum oratio siue ratio quaedā, tertium simulacrum, scientia quartū. De vno quonīs igitur accipe, cupiens quod modo dictū est discere, deq̄ omnibus similiter cogita. Circulus aliquid dicitur, cui nomen. i. quod modo pronuntiabamus. Sequitur aut̄ eius oratio siue ratio quaedam ex nominibus verbisq̄ composita. Quod. n. ab extremis ad medium aequaliter vndique distat, illius ratio est, quod rotundi & circūferentia & circuli nomine designamus. Tertium vero est, quod pictus circulus sit vel deletus, aut torno factus vel destructus. Quorū nihil ipse circulus circa quem hac singula sunt, patitur, vt potē aliud quiddā existens. Quartum aut̄ scientia est et intellectus, atq̄ vera circa hac opinio. Hoc rursus totū tanquam vnum est ponendum, quod nec in vocibus nec in corporū figuris est, sed aīs. Ideoq̄ manifestum est, aliud esse quam sit ipsa circuli natura, rursusq̄ aliud quam tria illa quae supra diximus. Horū vero ex numero, intellectus, cognatione, similitudineq̄ quinto proximus haeret, cetera remotiora sunt. Idē quoq̄ de recta et curua dici potest figura, atq̄ colore, deq̄ bono & pulchro & iusto. rursus de quocunq̄ corpore, vel manu facto vel naturali, siue igni siue aqua, ceterisq̄ hōi. similiter de omni animali, ac de moribus animorum, atq̄ de actionibus passionibusq̄ vniuersis. Nisi. n. quis in his illa quattuor quodāmodo capiat, nunquam scientiā circa quintū perfecte particeps erit. Proinde illa non minus quale quid sit unumquodq̄, quam quid sit aggrediuntur ostendere, propter rationū debilitatē. Quapropter nemo mentis compos audebit unquam in idem atq̄ id quidem immutabile, referre quae ab ipso intelliguntur, atq̄ quattuor illa. Quod vtiq̄ patiuntur, quae designantur figuris. Id vero quod nunc dicimus rursus est considerandū. Sanē circulus quilibet horum qui inter hominū manus vel pinguntur vel torno fiunt, plenus contrarij est ad quintū. Recti nāq̄ vnde quaq̄ sit particeps. Ipsum vero circulum affirmamus neque minus neq̄ magis aliquid id est nihil oīno habere se natura contraria. Praeterea nullius horum nomen firmitatem dicimus ullam habere. Nihil. n. prohiberet quae nūc rotunda nominamus, recta vocari, rectaq̄ rotunda, nec firmitatem ullam maiorem fore nominibus in contrariū permutatis. Eadem de quoq̄ de oratione ratio est, cum ex nominibus verbisq̄ componatur nullam oīno habentibus firmitatē. Multipliciter rursus probari potest, nullum horū quattuor certum firmitatē esse. Maximū vero omnium, quod paulo antē dicebamus, quod cum duo sint, essentia et qualitas, quando animus non quale, sed quid sit querit, nisi quodlibet horum quattuor quāsitum prius ab aīa tam rōne quam affectu, denique sensibus be-

ne discussum, per oīa quae dicuntur atq̄ ostenduntur euaferit, omni ambiguitate & obscuritate, vt ita dixerim, oēs implebit. In quibus igitur haudquaquā consueti sumus ob prauā educationem verū perquirere, sed satis nobis factū putamus, si apposita simulacra attigerimus, minime derisui sumus inuicē interrogati interrogatibus, potentibus duntaxat quattuor illa discutere atq̄ arguere. Vbi vero necessitas cogit quintū ostendere, quibus eorum qui possint subuertere atq̄ retractare peruenit: facitq̄ ut qui exponit sermonibus vel literis vel disputationibus, apud audientū multos nihil eorū quae vel dicere vel scribere aggreditur, intelligere videatur. qua in re saepe ignoratur non animum scribentis vel dicentis redargui, sed naturam potius cuiuslibet illorū quattuor se male habentis. Traductio vero per oīa sursum deorsumq̄ in unumquodque discurrendo perueniens, vix tandem scientiam parit intrinsecus. Scientiam inquam ipsius quod natura liter bene affectum est in animo ad ipsum quoque natura liter bene affecto. At si quis male affectus sit natura, qualis naturaliter aīa habitus inest multis, tū ad illa quae discenda sunt, tū ad mores, corruptiq̄ illi sunt, ne Lynceus quidē, vt eiusmodi aīs videat, efficere possit. Atq̄ ut summam dicā, neq̄ acūmē, neq̄ memoria faciet unquā, vt qui rei ipsius quae de agitur, non est cognatus, ipm inspicat. Principiū etenim in habitibus alienis non sortitur. Quāobrem quicunq̄ iustis alijsq̄ quotūque sunt pulchra, non sunt apti natura atq̄ cognati, licet alij ad alia ingeniosi simul et memores, rursus quicūq̄ cognati sūt quidē, sed hebetes & memoria parū validi, nunquā ad summū discendi veritatē peruenient vel virtutis, vel vtiq̄. Neesse. n. est ea simul perdiscere, et falsum simul et verū totius essentia cū omni exercitatione atq̄ longitudine tēporis, quod et ab initio dixi. Postquā vero singulata ipsorum nomina, rōnes visusq̄ & sensusq̄ agitata inuicem tritaq̄ fuerint, benignisq̄ reprehensionibus redarguta & absq̄ inuidia interrogando respondendoq̄ discussa, vix tandē refulget circa vnumquodq̄ prudentia atq̄ intelligentia, ad summū oīno pro humana facultate contendens, quāobrem permulium abest, vt vir studiosus de ijs quae reuera digno sunt studio, scribens hōibus, se simul et sua inuidia ambiguitatēq̄ subycere debeat. Vno vero ex his sermone id intelligere licet, quando videlicet qui alienius scripta cernens, siue legumlatoribus in legibus, siue in quibuslibet alijs aliorū, animaduertat illa nō esse illi tanquā oīno seria studiosissime pertractata, si quidē sit ipse studiosus. iacent aut̄ inter sua in regione pulcherrima. Sin aut̄ reuera ipsi hac tanquā seria studiose literis tradita sunt, dī quidē minime, sed hōes mētē eripuerūt. Hāc vtiq̄ fabulā digressionēq̄ quicunq̄ sequetur, planē intelliget, siue Dionysius aliquid de summis et primis natura scripserit, siue quibus alius aut minor aut maior, nihil eū sincerū audiuisse vel didicisse eorū q̄ scripsit, vt mea fert opinio. Alioquin pariter atq̄ ego ipsa veneratus fuisset neq̄ ausus fuisset vnuquā temere edendo absurditati indecentiaq̄ subycere. Neq̄ vero quasi in memoria subsidū illa scripsit. Non. n. hac in re memoria diffidendū, si id semel aīo fuerit cōprehensum. Nā id totū breuissime oīm est collectū. Fortē vero turpi quadam ambitione id fecit, vel tāquā sua hac asserēs, vel tāquā particeps disciplinae, qua indignus erat, gloriā quarens. Verū si ex vna dūtaxat

taxat congressione id Dionysio contigit, esset id forsan cōcedendum. Qualis aut fuit? Prō Iupiter, inquit, Thebanus. Percurri equidē hęc illi, eo quo dixi modo, semelq̄ tantum: postea verò nunquam. Post hęc aut considerandum est, scilicet cura sit inuenire eius quod nobis circa illa accidit, causam: cur videlicet & secundo, & tertio, & sapius ea non pertractauimus: Verū Dionysius, ipse semel duntaxat auditis, adeo sufficienter ea se scire putauerit satisue norit, siue inuenit ipse siue ab alijs antē didicerit: an friuola quę dicebantur existimari. An forte præter hęc tertium quiddam acciderit: videlicet ut ipsa haud suis equalia viribus, seu maiora censuerit: ac reuera se minimē idoneum esse qui sub prudentiæ virtutisq̄ diligentia viuat. Si .n. friuola existimasse dicatur, multis certē testibus pro causa nostra contrā pugnabitur: qui in rebus eiusmodi iudicandis longē maiorem quā Dionysius autoritatē habeant. Quod si inuenisse vel didicisse, atq̄ ipsa quidem digna videri, quę liberali aīo in disciplina adhibeantur, quis non id mirū putet, Dionysium sic affectum horū aliquando ducem & autorem tam facile contempserit? Quo aut pacto contempserit, iam dicā. Profectō non multō post hoc tempore patrimonium Dionis, quod prius eum liberē possidere, fructusq̄ inde percipere permittebat, iam vetuit oīno per eius procuratores attingi: pecuniasq̄ ut consueuerant ad ipsum in Peloponnesum mitti: quasi epistola illius prorsus oblitus, quā mihi scripserat. Asserebat .n. res illas non Dionis esse, sed filij: qui cū esset ex sorore nepos, eum ex lege sub tutela ipsius esse. Hęc igitur vsq̄ ad illud tempus acta fuerunt. quę ego considerās iam planē perspiciebam quo pacto erga philosophiam Dionysius fuisset affectus, conturbariq̄ licebat siue spontē siue inuite. Erat iam tunc ætas: & frequenter nauigabatur: Videbaturq̄ mihi non tam de Dionysio quam de me ipso conquerendū, & de his qui me impulerant ut in arctum Scyllæ tertio deuenirē, Charybdimq̄ remeiret perniciosam. Cōpulsus itaq̄ sum Dionysio dicere, non posse me vllō modo apud se fore, Dione tã ignominiosē contēpto. at ille me consolabatur, rogabatq̄ ut manerē, non putans sibi honestum, ut ego ipse tã cito horum a se factorum nunciis irē. Cū verò mihi manendum persuadere non posset, ipse mihi se paraturū ait, qui & quo pacto me deferrent. Ego aut in transmissorij nauigij trajcere constitueram: oīa esse perferenda ducens, si abire me prohiberet: quippe cū manifestē ipse nulla Dionysium iniuria afficiens, ab eo iniuria affectus fuisset. At ille cū me nullo modo manere velle cognosceret, quo nauigationem tunc meam impediret, talia machinatus est. Postridie sermonem ad me habuit gratiosum atq̄ probabilē. Mihi & tibi inquit, Dio Dionisq̄ res, quatenus discordia nostra causam præbent, tollantur e medio. Dioni equidem tui gratia hac faciam. Decerno Dionem recipientem sua habitare in Peloponneso, nō tantquam exulem, sed tantquam cui liceat hęc proficisci, quādo illi & mihi vobisq̄ amicis cōmuniter videatur: dum modo nullam mihi iniuriam faciat. Huius aut rei fideiussores mihi fore te familiaresq̄ tam tuos quā Dionis qui hic habitant. Dionē quoq̄ ipsum id vobis obseruaturum, sufficienter confirmare debere. Pecunia verò oēs quas ille acceperit, in Peloponneso, & Athenis deponantur penes quos vobis videtur. Harum quidem pecuniarū

fluctus accipiat Dio, sed ipsas tollere nisi vobis concedentibus nequeat. Non .n. confido, si pecunias susceperit, eū mihi fidem seruaturum, cū non pauca futura sint. Maiorem verò tibi tuisq̄ habeo fidem. Considera igitur an tibi hęc placeant: maneq̄ horum gratia hic annum, quo peracto, susceptis his pecunijs abibis. Dionem equidē scio magnam tibi gratiam habiturum: cū hęc sibi perfereris. Cū hęc igitur audiuissem, quanquam agrē oīno ferebā, respondi tamen hac in re me consultaturum, tempusq̄ respondendi in crastinum sumpsi. Atq̄ in hoc consentientes tunc discessimus. Consultabā itaq̄ posthac ipse mecū valdē quidē ambiguus. Occurrebat aut quasi consilij dux prima mihi eiusmodi ratio. Age utiq̄, etsi Dionysius nihil eorum quę promittit, seruare cogitat, si tamen abeunte me, per se ac per amicos probabiliter ad Dionē scribat, quę nunc mihi dicit, se quidem obtulisse vtrō, me verò noluisse, resq̄ suas penitus neglexisse. Præterea his addebam. Si Dionysius me nolens dimittere, ideoq̄ nauigium nauisq̄ non det: imō facile cunctis significet, velle me ipso nolente discedere: quisnam me nauis asportare ex ædibus ipsis Dionysij audeat. Habitabam equidē, ne quid deesset incommodi, in ipsis qui circa ades erant, hortis. Vnde ne ianitor quidem nisi iubente Dionysio egredi permisset. Quod si annū permansero, habeo equidem quid Dioni significē, notumq̄ faciā in quibus sim constitutus, quidue agā. Ac si Dionysius nonnihil eorū quę promittit, seruauerit, opera tolerantiaq̄ hac mea non oīno deridenda videbitur. patrimonium namq̄ Dionis non paucorum quā centū talentorū, siquis rectē estimare velit, censebitur. At verò si ita res cadant ut eas verisimile est casuras, quō me vertā nescio. Veruntamen fortē necesse est me annū adhuc tolerantē machinationes Dionysij re ipsa pro viribus redarguere. Cū ita mecum consultauissem, sequenti mox die ad Dionysium retuli, videri mihi manendum. Sed addidi: ne existimaret me posse apud Dionem prorsus omnia quasi dominum, ideoq̄ operæ precium esse ut vnā mecū ipse quoq̄ ad eū scriberet, significans hac nota consilia, atq̄ interrogans verū sibi hęc satisfaciāt, necne: & nunquid aliud præter ea quiddā exigat. Idq̄ quā primum inquam scribendū esse. Interea verò nihil in re Dionis ab eo noui esse tentandū. Hęc inter nos dicta sunt. In his ferme, ut nunc dico, conuenimus. Post hęc aut cū iam naues abyssent, ideoq̄ nulla mihi foret vterius nauigandi facultas, Dionysius quasi nonnihil prætermisi reminiscens, Dimidia inquit bonorū Dionis pars filio iure manere debet, dimidia verò ad Dionem mitti. hanc ergo vendi curabo. Quā vendita, pecuniarum dimidium tibi tradam, quod ad Dionem perferatur, reliqua verò pars penes nos pro filio reseruabitur. ita .n. rus ipsum exigit. Hic ergo illius dictis percussus, ridiculum putavi amplius ea de re loqui. Dixi tamē decere nos expectare à Dione resposum, atq̄ rursum hac ipsa ad illū rescribere. At ille post nimis audacter patrimonium Dionis totū quanto libuit pretio, & quo pacto hac, & quibus placuit vendidit. Mihi verò ea de re verbum oīno fecit nullū. at ego similiter posthac de re Dionis nihil ulterius locutus sum, quippe cū nihil amplius me profecturū existimare. Hactenus hac rōne & philosophia & amicis auxilium præstiti. Post hęc autem ego & Dionysius ita viximus, ut ego quidem semper extrā spectarem, quasi aus quædam

dam alicunde cupiens euolare, ille vero assidue, quo pat-
 Eto me cohiberet machinaretur, de rebus quidem Dionis
 concedens nihil. In ceteris tamen negocijs per vniuersam
 Siciliam amicos inter nos esse fatebamur. Eo aut tempore
 Dionysius veteranis militibus stipendia minuire tenta-
 uit, prater parentis consuetudinem. Irati vero mili-
 tes in vnu conuenerunt, neq id se toleraturos cominaban-
 tur. Itaq ille clausis arcis ipsius portis, coercere illos cona-
 batur. At illi repente aduentarunt ad moenia, clamore
 quenda barbarum ac bellicum attollentes. Quo metu con-
 territus Dionysius, cuncta illis consueta, atq et plura con-
 fluentibus illis concessit. Rumor aut fuit Heraclidem tu-
 multus ois causam extitisse. Quod Heraclides quidem
 persentiens clam fugam arripuit. Dionysius vero cum il-
 lum capere affectaret, neq inueniret, Theodotem ad se in
 hortos accessit. Erant forte tunc et ipse in hortis peramb-
 ulans. Cetera quidem, qua inter illos tractata sunt,
 neq scio, neq dum colloquerentur, audiui: sed qua me
 presente inquit Dionysio Theodotes et noui et memini.
 O Plato ait, Dionysio suadeo huic, si Heraclidem huc ad-
 ducere potero, criminibus in se delatis responsurum: ac si no-
 lit deinde eum Dionysius in Sicilia permanere, saltem per-
 mittat uxorem filiumq suscipere, atq in Peloponnesum
 abire: ibiq habitare, nihil ibi molientem contra Diony-
 sium, et bonorum qua hic possidet, fructus percipientem.
 Hac ergo fiducia Heraclide iam vocaui: atq iterum voca-
 bo. Sive igitur ex prima vocatione, sive ex secunda huc
 ille venerit, cum Dionysio constituenda rogabamq nequid
 mali Heraclidi inferatur vel extra urbem vel in vrbe.
 tantum vero si videbitur, extra fines mittatur: donec ali-
 ter Dionysio videatur. Hac inquit, Dionysi, concedisne?
 Concedo respondit, neq est si quando in adibus tuis appa-
 reat, aliud quicquam mali esse passurum. Sequenti vero die
 in ipso crepusculo Eurymachus et Theodotes ad me mirum
 modum perterriti conuolarunt. Confestimq Theodotes, o
 Plato, inquit, affuisti heri conditionibus in quibus de He-
 raclide Dionysius mecum tecumq conuenit. Affui, in-
 qua. At ille: nunc, inquit, discurrunt satellites ad He-
 raclidem comprehendendum: atq periculum est, ne ille pro-
 pe alicubi sit. Sequere ergo nobiscum o studio ad Diony-
 sium. Inimus itaq: et ingressi ad ipsum, illi quidem sile-
 tio stabant lacrymantes: ego vero inquam, uerentur hi Dio-
 nysi, ne tu contra quam heri conuenerit, noui quicquam a-
 gas aduersus Heraclidem. Na videtur ille mihi prope ali-
 cubi diuertisse, manifesteq adesse. Dionysius vero his au-
 ditus exarsit in iras, in variosq se mutauit colores, qua-
 les ira consuevit afferre. Et Theodotes ad pedes eius pro-
 cubens, manu eius apprehensa multis cum lacrymis ne quid
 tale faceret deprecabatur. Tunc ego sermonem suscipiens
 eum consolaturus, Bono sis animo, inquam, o Theodotes.
 Non enim aliter facere audeo Dionysius quam heri promisit.
 At Dionysius tyrannico nimium vultu me intuitus, Tibi,
 inquit, promisi nihil, sive magni sive parui. Imo vero
 per deos, inquam, promisi non facturum te hac ipsa, q
 nunc ne facias hic deprecatur. Hac ego locutus egredior.
 Post hac Dionysius quidem Heraclidem capere conabatur.
 Theodotes aut hac per nuncios illi significans, ut fugam
 arriperet admonuit. Miserat quidem Dionysius et Tisia
 quenda cum satellitibus, iubens passim Heraclidem insequi.
 Sed ille, ut fertur, anticipans et paruo quoda diei spatio

satellites deuitans, intra Carthaginensium fides se rece-
 pit. Iam vero ex inimicitijs contra me exortis probabile
 Dionysius occasionem quam per insidias diu captauerat,
 ne videlicet ad Dionem pecunie mitterentur, affectus
 fuisse videtur. Ac primu quidem ex arce me amisit, oc-
 casionem praeferens quod mulieres sacra decem dierum in
 quibus habitabam hortis essent factura. Itaq me per eos
 dies extra arce apud Archedemum manere iussit. Interea
 Theodotes me ad se vocas, multa circa ea qua tunc facta
 erant, de Dionysio conquestus est. Dionysius vero cu au-
 diuisset ad Theodotem me profectum fuisse, naetus et hanc
 rursus occasionem contra me odij prioris simile, misit ad me,
 qui percontaretur, nunquid apud Theodotem vocatus ali-
 quando fuisset. Atq ego adfuisse liberè confessus sum.
 Tunc ille: iussit ergo, inquit, Dionysius me tibi edicere,
 non recte facere te: quod Dionem Dionisq amicos pluris
 quam ipsum semper aestimes. Hac dicta fuerunt. Nec vn-
 quam post hac me in suas ades vocauit, quasi manifeste
 Theodotes Heraclidisq amicum: sibi vero inimicum: ac
 propterea insensum, quod res Dionis iam o no perissent.
 Habitaba deinde extra arce inter milites mercede condu-
 ctos. Adeuntes vero me, et alij quida, et ministroru
 aliqui Athenienses patria, significarunt calumnias aduer-
 sus me inter milites fuisse diffusas. Praterea quosdam co-
 minatos esse, si ubi me nanciscantur interfecuros. Exco-
 gito igitur euasione eiusmodi. Mitto Tarantum ad Ar-
 chitam, aliosq amicos, significans in quo essem discrimi-
 ne constitutus. Illi vero occasionem quandam legationis
 patria noie excogitantes, Salmiscu eorum vnum, vna cu
 nauis ordinis triginta remoru mittunt. Qui ueniens ad
 Dionysium, rogauit ut me o no pro voluntate mea salu
 abire permitteret. Ille aut assensus me dimisit comeatum
 praebens. Pecunias vero Dionis neq ego petij, neq quis-
 quam dedit. Post hac cu in Peloponnesum peruenissem, ibiq
 offendissem Dionem ludos spectantem Olympicos, qua
 facta fuerant, enarraui. Ille vero Ionem testatus, sta-
 tim mihi meisq propinquis et amicis edixit, se poenas a
 Dionysio exacturum: tum quod me illic hospitem decepis-
 set, sic enim ille et dixit et sensit, tum quod ipsum
 iniuste admodum expulisset. Hac ego audiens, suasi ut
 ad hac si videretur, amicos alios conuocaret. Me autem
 quoniam et sua et aliorum opera quasi violenta impu-
 lissent in Dionysij familiaritatem, habitacionis, victus,
 sacrorum communionis astrictum, putarent quasi medium
 quendam, aequumq vring esse debere, praesertim cum
 tandiu multis apud Dionysium me calumniatibus quasi
 tecum ipsi tyrannidq eius insidiantem, ipse non occiderit
 quidem, sed reueritus sit. Ad hac etatem meam rebus
 bellicis ineptam esse addidi, simulq medium quenda me
 inter eos esse, si quando conciliatore quodam opus sit, qui
 resarcire optantibus amicitiam possit. Quandiu vero o-
 dijs certabitis, ad hac tanquam propugnatores alios ad-
 uocabitis. Hac ego inquam, perosus errorem fortunamq
 in Sicilia mihi aduersam. Quoniam vero illi rationi-
 bus meis non obtemperauerunt, omnium qua secuta sunt
 malorum ipsimet sibi causam praebere. Profecto si
 Dionysius res Dioni suas restituisset, vel potius si om-
 nino placatus fuisset, nihil prout conditio fert huma-
 na, accidisset aduersi. Nam Dionem quidem pro volunta-
 te mea, et consilio, et autoritate facile continuissem. Co-
 tra

trā Verò nunc, in se inuicem impetum facientes omnia calamitatibus impleuere. Dio certè eandem habebat Volūtatē, quā ego dicerem & mihi et alijs quicunq; moderati sunt, habendam esse: uidelicet ut potestas vel propria, vel amicorū, vel ciuitatis optetur, quo in ipsis honoribus et potentijs quis constitutus praesertim in maximis, se & suos & patriam beneficijs iustis afficiat. Neq; Verò id fit, si quis ad id duntaxat incūbat, ut diuitijs se amicosq;, & ut libet arariū expleat per insidias crudeliūq; cōiurationes: ipse pauper uidelicet impotens se continere, sed praeter animi angustia voluptatibus succumbens, praeter ea epulentos hoīes tanquam inimicos decernens trucidet, rapiatq; pecunias, atq; interea socijs, familiaribusq; ediccat, sibi quidē in his cūm sit egenus, succensendum non esse. Eodem modo si quis similiter ciuitatem suā beneficijs afficiens honoretur ab ipsa: dum multis res paucorum ciuiū per sua decreta distribuit, vel si quis magna praesides ciuitati pluribus minoribusq; ciuitatibus imperanti pecunias minorū ciuitatum iniuste attribuat sua. Hoc enim pacto, neq; Dio, neq; alius unquam sponte sua ad potentia progreditur perniciosam et sibi et posteris perpetuo futuram: Prudens Verò ad cōstituendam accedit. Republicam legesq; condendas iustissimas atq; optimas. & id quidem absq; caedibus, expulsiōibusq; ciuilibus. Quā modo cū ageret Dio constituens patri prophana potius quā facere, cauens quog; ne ipse pateretur, cecidit tamen, cū iam ad summū super andorum hostium peruenisset. Neq; mirum alicui quod accidit Dionem, uideri debet. Pū. n. Virum temperatumq; & prudentem, omnino quidem in rebus eiusmodi impij nunquam fallunt. Sed neq; mirandū est si idem ipsi, quod probo gubernatori forsan acciderit, quē futura tempestas haud admodum latet, sed insuetā & idcirco improvisa tempestatis magnitudo latere potest, ac ut latendo submergere. Hoc Virg. modo Dionē fors aliquantum fefellisse uidetur. Quod. n. mali essent, eū non latebat, quamuis quā profunda esset in eis insuetia et iniquitas voracitasq;, latuerit. Quā quidē in re deceptus occubuit, Sicilia incredibili dolori subiciens. Quā igitur post haec quae narrata sunt vobis consulo, haecenus quidē dicta sint. Quibus autē de causis ipse in Sicilia quā si cōpulsus redierim, ostēdere arbitratus sum oportere, nec mi reuersio mea absurda, ac praeter rationem suscepta uideretur. Quāobrem sciri quā nunc dixi probabiliora uisa sunt, ac sufficientes extitisse occasione cur ita fieret, uideatur, satis quidē sufficienterq; iā fuisse dictū putabimus.

PLATO DIONIS PROPINQVIS ET
AMICIS. EPISTOLA VIII.

QVA potissimum uiuendiratione prospere succedat res, reuera conabor uobis pro uiribus enarrare. Spe ro autē non vobis solum, quae in rem vestra sint, me consulturum, quanquā vobis quidē maxime, sed et oībus qui sunt Syracusis: tertio inimicis et vestris et hostibus, praeterquā si quis illorū impio seipsum scelere polluit. Haec. n. insanabilia sunt, neque expiare unquā haec quisquam posset. Considerate uerò quod in praesentia dicā. omni iā vestra circa Sicilia oēm dissoluta tyrannide consiliū atq; studiū in his versatur. Nepe alij quidē affectāt tyrānidē iterū suscitare, alij tyrānidis memoriā oēm prorsus extinguerē, cōsiliū uerò in eiusmodi rebus apud multos rectū

ubiq; uideri solet, si ita res cōstituuntur, ut hostes quāmaximis afficiantur malis, amicis autē beneficij plurimū afferatur. At uerò nequaquam id facile est, ut qui multa alijs inferunt damna, ipsi non multa vicissim ab alijs patiantur. Neq; nunc opus est horum exēpla longè perquirere, quippe cū quae nuper in Sicilia acciderunt, factis exēplo nobis esse possint. Cuncta. n. sic accidisse uidentur, dum alij quidem inferre mala, alij uerò repellere et uicisci contenderent. In quibus enarrandis idonei aliorū magistrū ubiq; esse potestis. Ut in his ergo percipiendis nulla fermē sit difficultas. Quae uerò aut cunctis tā inimicis quā amicis utilia sint, aut salte quae his quāmaximū obsint, haec certè ipsa, nec facile est perficere, neq; postquā perspexeris, ad uotū perficere. Haec igitur consultiatio atq; inquisitio uoto persimilis esse uidetur. Ideoq; sit nobis ipsa oīno tanquam uotū et deprecatio quadam. Oībus. n. in rebus & dicendis et cogitandis principium semper à dijs est sumendū. Uotū uirg. eiusmodi absolutū talē nobis significabit rōnem, quae vobis simul, inimicisq; cōducatur. Principio ex quo tempore bellū in Sicilia gestū est, familia una continuē dominata est: quā publicis rebus praefecerunt vestri maiores, in summo tunc periculo cōstituti, cū à Carthaginensibus premerentur, uenissetq; res in extremū discrimen, ne Sicilia quae excolebatur à Graecis, iā à Barbaris euerteretur atq; denastaretur. Tunc igitur Dionysiu quidem elegerūt, ut inuenem bello strenuū, qui rebus bellicis conuenientibus sibi praeset. Hipparinū uerò ut potē seniorē, consilio res moderari uoluerunt. Atq; pro totius Sicilia salute absolutā his auctoritatem concedentes, tyrannos, ut fertur, appellauerunt. Proinde si quis fortunā quandam diuinā, deumq;, siue eorum quibus cōmissa res est, uirtutē, siue uirū, unā cū temporis illius ciuibus, salutis illius causam extitisse censeat: esto id quidem, ut quisq; existimat. Salus certè hoc pacto tūc illis parta est. Quāobrem cū ita se illi gessissent, iustū erat gratiā ab illis qui seruati erant, referri. Siquid autē postea mali tyrannus ipsa munere ciuitatis abutes patrauit, habet quidem sceleris sui indices: unde et poenas persoluat. Sed quanam illis poena ob ea quae acta sunt, necessaria recteq; admoueri possunt? Si. n. uel vos illorū vim facile propulsare possentis, & absq; magnis periculis laboribusq; id facere, uel illi se dominatione facile recepturos arbitrentur, haud sanē possemus ea vobis quae nūc dicturi sumus consulere. Nunc uerò uirg. considerare, atq; meminisse debetis, quoties iam alterutri in spē propē certa peruenistis consequendi quod optabatis, paulum deesse opinantes ad cūcta pro arbitrio consequenda. Idipsum tamē paulū ingentiū plurimorumq; malorū ubiq; causa extitit, neque dum peruenit ad terminū, sed cōtinuata quadam successione, inueterati iam mali apparenti termino principii suboritur nouū. Eiusmodi uerò circuitus perditurus uidetur tyrannicū genus simul atq; populare, & quantū uerisimili rōne formidandū portenditur, tota Sicilia in Graecae linguae obliuionē lapsura uidetur, ad Phanicū Opicorumq; potestatem, dominationemq; trāslata. Quāobrem contra haec Graeci omnes omni prouidentia remedium afferre debent. Siquis igitur rectius meliusq; cōsiliū eo quod à me dicitur, adducat in medium, meritō Graecorum amator cognominabitur. Quae uerò quodāmodo sit mea sententia, conabor nunc libere prorsus cōmuni

ratione, legesq; fretus exponere. Ego igitur personam mihi arbitri assumens, quemadmodum iam diu consuui, tam exercenti quam perferenti tyrannidem communiter consula. Atq; in primis omni tyranno, ut appellatione hanc, remq; ipsam fugiat, atq; in regnum, si potest fieri, transferat. Fieri vero posse, Lycurgus vir bonus & sapiens re demonstravit. Is enim cum videret genus proprium Argis, & apud Messenios ex regno in tyrannide iam translatum, ideoq; hos populos utrosq; tam seipsum perditos quam civitates utring; utrasq; timens patria simul et generi remedium adhibuit, senatum procreans, Ephorumq; magistratum in regni salutem. Quapropter tot iam secula servatur cum gloria, postquam videlicet lex autoritatis plena hominum regina facta est, non aut homines legum tyranni. Ad hoc ipsum in presentia ratio mea oes homines cohortatur, suadens his qui tyrannidem affectant, declinare ac fugere indefesso quodam studio eiusmodi famescentiu stultorumq; hominum felicitatem: atq; ad regiam gubernationis formam pro viribus sed transferre, legibusq; regis obtemperare, maximos honores ab hominibus, legibusq; volentibus quam dog; reportaturis. Qui vero omnibus vivendi praeferunt libertatem, iugum vero servile fugiunt tanquam malum, ij caueant moneo, ne insatiabili importuna libertatis aviditate in maiorum suorum incidant morbum. Quem quidem illi propterea passi sunt, quod nulli parere volentes libertatis amore intemperanter abusi sunt. Qui enim ante Dionysium et Hipparinum in Sicilia gubernabant, beate sibi vivere videbantur, libidinibus dissoluti, principibus imperatores. Praeterea decem ante Dionysium praefectos depositos, profligarunt, nemine secundum legem iudicantes, quo nulli subessent homini iuste iudicanti, aut dominanti legi, sed omnino in singulis liberi forent. Qua quidem causa illis tyrannides exorta sunt. Servitus enim ac libertas, si modum excedat, utraq; mala est: si modum observet, utraq; bona. Moderata quidem servitus est, qua deo exhibetur, immoderata vero qua hominibus temperatis lex est: intemperatis vero voluptas. Cum igitur haec ita natura se habeat, qua consulo, modo Dionis amicis, ea Syracusanis omnibus promulganda, ex communi Dionis meaq; sententia. Equidem vobis exponam qua ille adhuc spiras locutus est. Quam igitur rationem, quaerit quisquam, circa praesentia nobis Dionis consilium affert? hanc vero omnium primam nunc accipite. Principio leges tales sint, qua non ad opes pecuniarumq; comparandas, neq; ad libidines mentes convertant, sed cum tria sint, anima, corpus, pecunia, virtute animi maxime anteponant: secundo vero loco virtute corporis virtuti animi servientem, tertio ultimoq; gradu pecuniarum precium collocent, animo, corporisq; ministras. Quaecunque lex hac efficit, recta est, reuera beatitudine utentibus afferens. Locupletes vero beatos appellare, sermo amens est, et infelix, mulieribus puerisq; conveniens, atq; eos qui id credunt, tales efficiens. Quod autem ego nunc ad vera vos bona cohortor, si qua modo dixi de legibus, degustetis, opere ipso intelligetis, qua quidem examinatio in cunctis verissima esse videtur. Receptis vero hominum legibus, cum Sicilia in discrimine posita sit, neq; sufficere vos superetis, neq; rursus ad modum superemini, iustum forte atq; utile vobis omnibus erit medium incidere, tum vobis dominationis acerbitate fugietibus, tum alijs dominatione adipisci desiderantibus. Quorum maiores olim, quod maximi faciendum est, Gracos a Bar-

baris servauerunt, adeo ut in presentia liceat de Republica sultare. Alioquin si tunc perditae res fuissent, neq; nunc de his loqui liceret, neq; spes ulla superesset. Nunc igitur alijs quidem libertas sit cum regia potestate, alijs aut potestas regno subiecta: legibus dominatibus non alijs tantum civibus, sed ipsis et regibus siquid egerint contra leges. In is aut omnibus mente a dolis aliena atq; sana, cum dijs reges create. Primum quidem filium meum duplici gratia, mei scilicet gratia atq; aui sui. Ille enim sua tempestate patriam a Barbaris liberavit: ego vero iam bis a tyrannide. Quorum quidem testes mihi vos ipsi estis. Secundum vero regem create cum qui idem quod et pater meus nomen habet, Dionysij inquam filium. Atq; id facite presentis eius in patria officij memores, piorumq; eius morum, qui patre tyranno natus, patriam sponte liberare aggreditur, pro brevissima iniustaq; tyrannide gloria sibi generisq; comparans sempiternam. Tertium denique ad regnum Syracusanum inuitare oportet volentem civitate volente Dionysij filium, nunc exercitus hostium ducem. Si velit inquam regia dignitatis forma contentus vivere, timens videlicet fortuna vicces, et patriam miseratus, sacraq; et sepulchra maiorum, ne contentione prorsus omnia perdat, Barbaris ex patria infelicitate gratificans. Hos vero tres reges, siue illis autoritate eandem quam Lacedaemonij reges habent, dederitis: siue quid ademeritis, communi consensu constituetis tali quodam pacto, ut prius dictum est, atq; iterum nunc audite. Si Dionysij et Hipparini genus voluerint pro Sicilia salute his calamitatibus quae nunc urgent, sine imponere, honores sibi totiq; familia comparantes non ad praesens solum, sed in posterum, hac inquam conditione, quemadmodum et prius dictum est, ad regnum vocare: et legatos quos ipsi velint concordiae gratia cum publica autoritate deligite: siue ex vestris civibus, siue ex alienis, siue ex utrisq; totq; praeterea quot illi concesserint. Qui communi sententia leges condant, atque Rempublica constituent, ut in ea reges esse deceat sacrorum dominos, aliarumq; rerum quascunque decet his concedi, quorum beneficia in patriam exant, proinde bellipacisq; arbitrium habeant custodes ipsi legum creati numero quinq; et triginta una cum populo atq; senatu. Iudicia vero distincta sint alia aliorum. Mortis quidem atq; exilij autoritas sit penes triginta et quinq; viros et praeter eos, penes alios quosdam iudices ex illis electos qui magistratibus proxime perfuncti sunt: ita ut unus ex quolibet magistratu eligatur, qui optimus iustissimusq; appareat. Hi sequenti anno de morte et carcere et exilio sententiam ferant. Regi vero his iudicijs interesse non liceat: ut potest sacerdoti: quem in ferenda necis, carceris, exilij sententia cotaminari nefas sit. Haec equidem et dum vivere cogitabam: et nunc et cogito faciendam, atq; tunc, cum inimicos superavisssem unam vobiscum, nisi externis, furiaq; obstitissent, ut decreveram, constituissem. Proinde si ad votum res processissem, colonis reliquam Siciliam replevissem. Barbaris quidem ex his locis quae nunc occupant expulsis, praeterquam si qui eorum pro communi libertate contra tyrannidem pugnaverunt. Priores autem Gracorum locorum colonos in antiquas, patriasq; sedes restituissem. Haec igitur eadem in presentia omnibus consulo communi consilio deliberare et agere, atque ad haec agenda oes cohortari, quod si qui discenserint, eos communi sententia hostes existimare. Neque vero haec talia sunt ut fieri nequeant. Quae enim in duorum animis consistunt,

consistunt atq; his qui consultando perquirunt optima, mox facileq; occurrunt, ea qui impossibilia indicat, non recte sentit. Dico aut duos, Hipparini scilicet Dionysij filij, atq; insuper mei filij animos. Arbitror. n. si hi consenserint, alios quoq; Syracusanos & oēs quibus patria cura est, consensuros. Sed dijs oēbus honores cū precibus offerentes, & alijs praeerea quibuscūq; unā cū dijs vouere decet: praeerea cohortātes, inuitantesq; amicos & inimicos oīno atq; benigne, nolite prius desistere quam ea qua à nobis dicta sunt, quasi diuina somnia vigilantiibus supernemētia, perspicua quidem atq; felicia perfectissime impleatis.

PLATO ARCHITAE TARENTINO
BENE AGERE. EPISTOLA IX.

VENERUNT ad nos Archippi Philonidūq; familiares, ferentes epistolam qua eis dederas, ac de rebus tuis qua oportuit nunciantes. Publica quidem ciuitatis negocia absq; difficultate peregerunt. Neq; n. admodum laboriosa erant. Te verò narrauerunt permolestē ferre, quòd à publicis ciuitatis occupationibus liberari non valeas. Quòd igitur dulcissimum vita genus sit agere sua, praesertim si quis talia elegerit facienda, qualia tu, omnibus ferme est manifestū. Sed illud quoq; te considerare oportet, nullum nostrum sibi soli natū esse: sed ortus nostri partē sibi patriā vendicare: partē parentes: partem amicos. Multa insuper pro temporū diuersitate nobis accidere: quibus vita nostra occupata est. Vocante igitur te patria ipsa ad temp. gubernandam, absurdum forsā esset non parere: praesertim cū simul accidat, ut aditus prauis hominibus relinquatur, qui nulla ipsius quod optimum est rōne proficiscuntur ad publica. De his ergò iam satis. Echeatis autem curam habemus in praesentia habebimusq; in posterum: & tui gratia, & patris eius Phrynionis, & propter ipsum adolescentem,

PLATO ARISTODORO BENE
AGERE. EPISTOLA X.

AVDIO te antē alios & nunc familiarem esse Dionis, & per omne tempus sapientiam morū ad philosophiam spectantium in primis exercuisse. Nam firmitate, fide, sinceritate, verā esse philosophiā existimo. Alias verò & ad alia declinantes scias & facultates si quis ornāta dixerit, recte, ut arbitror, appellabit. Sed uale iā, et in p̄sentibus his perseuera morib.

PLATO LAODAMANTI BENE
AGERE. EPISTOLA XI.

SCRIPSIMVS etiam prius ad te, referre multū ad ea qua dicis oīa, ut Athenas ipse proficiscaris. Quoniam verò ais te venire nō posse, secūdo id loco foret, si vel ego, vel Socrates, ut per tuas literas significasti, istuc nos conferre possemus. Verū Socrates quidē hoc tempore morbo stranguria impeditur. Mihi verò istuc proficiscenti dedecus foret, si illa quorū gratia me vocas, nequaquā perficeretur. Qua quidē perfici posse haud admodū spero. Siquis autē ea oīa referre aggrediatur quorum de causa ita diffidam, prolixa opus erit epistola. Praeterea per atatem non satis corpore valeo ad iter conficiendū, periculaq; mari terraq; obeunda, qualia iter solet obijcere, praesertim verò per id tempus oīa iter agentibus plena periculis sunt. Consulere tamen tibi colonisq; possum, quod nunc me referente, inquit Hesiodus, putare quidem sal

lax quiddam esse, difficile verò intelligere. Nam si putant aliqui legum quarumlibet positione ciuitatem bene quandoq; constitui posse, nisi sit aliquis cū autoritate praesidens ciuitati, quotidiana oīum vita moderator, adeo ut sit temperata & fortis tam in seruis quam in liberis, non recte putant. Proinde si sint iam apud vos viri hac potestate digni, id fieret. Sin autem ad disciplinam opus sit aliquo: neq; qui doceat, neq; qui doceatur, ut opinor, apud vos sunt: reliquum est, deos precari. Nam ferē q; antē hoc tempus fuerunt ciuitates, sic ab initio constitutae sunt: ac postea bene excoltae pro opportunitate magnarū rerum, tum bello, tum pace, quando in hmoi temporibus vir clarus & probus magnam adeptus fuerit potestatem. Prius autem ipsa propitissime curare oportet atq; necesse est: considerare tamen ea qualia dico: neq; temere aggredi quasi leniter peragantur: cogitare verò quid comode fieri possit. Vale felix.

PLATO ARCHITAE TARENTINO
BENE AGERE. EPISTOLA XII.

MIRVM est quanta cū voluptate cōmentaria abs te missa accepimus, eorumq; autoris ingenia delectati sumus. Visus quidem nobis est vir ipse dignus maioribus illis iam olim suis. Ferunt virorum decem millia fuisse: qui ex omni Troianorum, qui sub Lao medonte secessere numero, ut fabula tradit, praestantissimi fuerunt. Cōmentaria verò qua tu per literas a me petis, nondum absoluta sunt. Qualiacunq; tamen sunt, ad te misi. De custodia verò, idem sentimus ambo. Qua propter nihil cohortatione opus esse videtur.

AXIOCHVS PLATONIS DE CONTEMNENDA MORTE, RODOLPHO AGRICOLA INTERPRETE.

SOCRATES, CLINIAS, AXIOCHVS.



VENERINT ad Cynofarges mihi, cū ad Elissum venissem, vox cuiusdā allata est clamantis, Socrates, Socrates. Utq; conuersus circumspectabam vnde ea redderetur, Axiochi filium video Cliniam, ad Callirhoen currētem, cum Damone musico, Charmideq; Glauconis filio. Horum alter quidem musicam docebat: alter ex familiaritate amabat, simul atq; amabatur. Visum est ergò mihi rectē desolenti occurrere eis: ut quam primū conueneremus. Perfusus autē lacrymis Clinias, nunc tps est, inquit, Socrates, ut vulgatā semper de te sapientiā ostendas. Pater. n. ex aliquo iam tempore viribus de improviso destitutus est, & propē est exitū vita, molesteq; fert adesse sibi finē, tametsi antehac contēneret mortē horreda imagine exprimentes, comiterq; derideret. Pergē ergò, proq; tua cōsuetudine illū cōfirma: ut volēs eò quò ducit necessitas, sequatur, utq; ille mihi ad reliqua hoc ipso etiam pie colatur. SOC. Nullā me Clinia moderatā rē rogaueris frustra, quāto nūc magis, cum ad hac me Voces pietatis officia. Acceleremus autem. Si. n. ita

Hh iij se res